


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON XVI. ex Symb. & confeſs. public.
Specialis PRIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Simon Hogrevius Sacellanus Cotzenbul-
lenſis vocatus ad Paſtoratum Bop-
heverenſem in Nortſtrandia.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX SYMBOLO APOSTO-
LICO COLLOQUII PRIMI
Theſes.

1. Ad Agones Symbolicos & confeſsionales accedentes, in quibus Symbola & confeſsiones publicas, quas in Generalibus ſparſim& ſummatim paucis perſtringimus, paulo pluribus explicantur, ordinem ſequemus ſcriptorum in Formula juramenti noſtri Eccleſiaſtici expreſſum, omnia & ſingula ex fundamentis ſcripturæ expendentes.

2. Et cum poſt ſacras literas primum in Eccleſia locum obtineant Symbola communia rectè inde exordimur initio ſumpto ab Apoſtolico.

3. Eſtq; Symbolum Eccleſiæ Chriſti fidei Chriſtianæ ſumma & profeſsio, ceu nota quædam,per quam pæcipuè à reliquo mundo diſcernitur.

4. Ut enim milites mundani ſuo quodam Symbolo & teſſera militari teſtantur, & cui ſerviant, & cujus ſint hoſtes, atq; hoc pacto ſocii & amici ab hoſtibus & exploratoribus dignoſcuntur:

5. Ita Symbolum Eccleſiæ eſt teſſera militum coeleſtium ſeu credentium, per quam ſe & uni Deo creatori redemtori & ſanctificatori nomina dediſſe, illiq; ſervire, & hoſtes eſſe Diaboli & membrorum ejus, ſocios autem omnium eandem profitentium demonſtrant.

6. Dicitur autem primum militiæ Chriſtianæ Symbolum Apoſtolicum, vel quia Apoſtoli unanimi conſenſu hoſce noſtræ fidei articulos collegiſſe & Eccleſiæ commendaſſe creduntur: vel quia Apoſtolica & doctri-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

doctrina fundatur, & ex Apoſtolorum concionibus & ſcriptis firmiſsimè demonſtratur.

7. Antiquiſsimum certè eſt, & à patribus etjam antiquiſsimis celebratum, atq; pro Apoſtolico habitum.

8. Res continet maximas, præcipua nimirum totius religionis Chriſtianæ capita, Deum nobis monſtrando, ejusq; opera & beneficia exhibendo, & veram ſalutis viam per fidem indicando.

9. Qua in re ordine utitur accommodatiſsimo. Cauſas enim noſtræ ſalutis enumerans à primo fonte orditur, & ita paulatim per gradus ad finem, qui eſt vita æterna, progreditur, initio facto à primo, nimirum creatione, concludens in ſalvatione, ultimo, in qua perpetua quædam Dei celebratio quam creatio intendit vigebit.

10. Dividitur more uſitato in tres articulos majores ſeu principales, creationis, redemtionis & ſanctificationis, ſecundum tres perſonas Deitatis, & totidem illarum proprietates extrinſecus patefactas.

11. Primus poſt πρότασιν τῆς ὁμολογίας agit de creatione Patris: Alter de redemtione Filii: Tertius de Sanctificatione Spiritus Sancti.

12. Primus de rerum omnium hominis præſertim κτίσει, πλάσει, συστάσει & huc pertinentibus: Poſteriores duo partim de ejusdem ἀνακτίσει, ἀναπλάσει, μεταστάσει: partim τῶν πάντων ἀποκαταστάσει.

13. Primi articuli meditationem ſecundum ordinem ſex vocum principalium ad totidem revocari ſumma capita non incommodè poſſe exiſtimamus.

14. Prima vox eſt Fidei: Πιστεύω. Hæc θεογνωσίαν præſupponit non modo generalem illam ſeu natura-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

lem & phyſicam συλλογιζομένην καὶ ἐπίκτητον commu-nem omnibus hominibus tam extra quam intra Ec-cleſiam: Sed inprimis ſpecialem Eccleſiæ θεοδίδακτον & per Filium revelatam, nitentem verbo & teſtimo-niis diuinis (quæ audienda, & diſcenda, unde fides) Et quidem non γραμμικὴν ſeu ἱστορικὴν tantum ſed & Θεόπνευστον, ζωοποιὸν καὶ σωτήριον renatorum propri-am.

15. Vox porro credendi opinioni & dubitationi addo etiam curioſiori rationis inquiſitioni oppo-nitur.

16. Quod vero non plurali ſed ſingulari numero verbum hoc enunciatur, nota eſt fidei non generalis ſed ſpecialis, ſeu applicativæ, atq; uniuscujusq; cre-dentis propriæ, cujus quæ ſint proprietates jam ap-parebit.

17. Hanc igitur in Deum fidem renati ſinguli non tantum cordi incluſam gerunt, ſed & ore, voce cre-do, con & profitentur, non tamen βουλητικῶς tantum, ut cum certa formula fidei, ad verbum recitatur, ſine vera fide & pietate cordis, quale etiam cadit in hy-pocritas: ſed inprimis προαιρετικῶς in vera conver-ſione & ſerio ſtudio pietatis.

18. Eſt enim Symbolum Chriſtianum non tantum externa quædam doctrinæ confeſsio, ſed cordis ſe-ria fiducia in Deum per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum.

19. Secunda vox: εἰς: fidei veræ & ſalvificæ natu-ram porro explicat.

20. Aliud enim eſt credere Deo, aliud credere De-um, aliud credere in Deum. Credere Deo eſt credere vera & rata eſſe quæ Deus loquitur (quod multi et

jam

jam mali poſſunt) Credere Deum eſt credere verè eſſe Deum, qualem liber naturæ & ſcripturæ proponit (quomodo gentis nullius tanta eſt feritas cujus non imbuerit mentem aliqua Dei religio). Verum credere in Deum eſt præter hæc fiduciam etiam ſpemq; omnem in ipſum locatam habere.

21. Illa etiam in Diabolos & homines non renatos cadere poſſunt: hoc tantum eſt verè fidelium.

22. Hæc fides ex verbo per Spiritum Sanctum acquiſita habet πληροφορίαν ἀδιάστατον, ἀδιάκριτον καὶ ἐλεγτικὸν ſine curioſitate & ἐποχῇ acquieſcentem in Deo propter Chriſtum, firmaq; fiducia ſibi omnia bona promiſſa applicantem, conjunctam cum ſenſu evidenti conſolationis & efficacia viva & ardenter operoſa.

23. Tertia vox θεὸν objectum fidei Chriſtianæ toti Symbolo Apoſtolico commune generaliter exprimit.

24. Vocabulum enim Dei hic non relativè ſed abſolutè ſeu οὐσιωδῶς accipitur, totamq; eſſentiam divinam deſignat,

25. Oſtenditq; fidem Chriſtianam non in ullas creaturas Angelos, Sanctos, aut commentitia numina & Idola, ſed in Solum verum Deum τὸ αὐτοάγαθον καὶ πανάγαθον dirigi.

26. Quem ipſum Deum, licet, ut poſtea διασάφησις ἐπιμεριστικὴ oſtendet perſonis trinum, unum tamen ratione Eſſentiæ vox hæc ſingularis confitetur.

27. Quod inquam, ſit Deus Spiritus æternus, infinitus, immutabilis, quodq; ſit unus, fons & autor omnis boni, ex quo liceat haurire omnibus, paratus ad juvandum bonos & puniendum malos.

28. Quinta vox Πατέρα Speciale & proprium pri-

mi articuli objectum nominat, nimirum patrem, quæ appellatio hic non abſolute ſeu eſſentialiter ut ſæpe in ſcriptura, ſed relativè de prima videlicet perſona Deitatis accipienda eſt.

29. Patet hoc ex reliquis duobus Symboli articulis, in quibus cæteræ perſonæ nominatim exprimuntur, ut ex tribus diſtinctis appellationibus, quisnam ſit ille Deus, in quem credimus, clarius intelligatur, nimirum ἐσία τρισυπόστατος.

30. Sic igitur Symbolum Deum verum fide agnoſcendum apprehendendum & colendum nobis ex ſcriptura patefacit & determinat, quod eſſentia ſit unus, perſonis autem trinus.

31. Prius demonſtrat vocabulo ſingulari Dei. Poſterius tribus diſtinctis appellationibus Patris, Filii & Spiritus Sancti, quo etjam ordo inter eas oſtenditur.

32. Hæc autem trium perſonarum diſtinctio, ut alia numeretur prima, alia ſecunda, alia tertia, non eſt petita ab ordine temporis, eſſentiæ, dignitatis, potentiæ, voluntatis & gloriæ, aut aliarum proprietatum ad Eſſentiam pertinentium.

33. Sed ab ordine triplicis modi ſubſiſtendi ſeu proprietatis perſonalis, quo τὸ ἀγέννητον (quod patris eſt) antecedere τὸ γεννητὸν (quod Filii eſt & quidem ex ſeu à patre) & utrumq; τὸ ἐκπορευτὸν (quod Spiritus Sancti eſt ex ſeu ab utroq;) in confeſſo eſt.

34. Pater igitur prima eſt perſona divina ſeu in divinitate, in Deitate, in Trinitate, πηγαία θεότης cujus proprietas perſonalis, qua perſonaliter diſtincta eſt, (citra tamen ullam diſtinctionem formalem eſſentialem) eſt relatio paternitatis reſpiciens propriè filium ὁμοούσιον unigenitum, ratione eſſentiæ divinæ à patre

filio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

filio generatione æterna & ineffabili ἀχρόνως καὶ προαιωνίως communicatæ.

35. Paternitas itaq; primæ perſonæ ratione τοῦ ἰδιώματος χαρακτηριστικοῦ ſeu τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως ὁμολογουμένως ad Chriſtum eſt referenda, cujus illa eſt propria.

36. Veruntamen propter hunc ipſum ad nos etjam, filios ſcilicet adoptionis pertinet, quibus per gratiam πατὴρ ἤπιος factus eſt εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.

37. Filii igitur Pater, pater etjam noſter in filio eſt, qui paternam noſtri curam agit, non abiiciens, non deſerens, ſed diligens, ſed fovens, ſed ſalvans nos: qua propter παῤῥησίᾳ filiorum propria compellare illum poſſumus Αββᾶ ὁ πατήρ.

38. Quocirca & nos patri tam clementi viciſsim obligamur ad fiduciam, honorem, imitationē (in dilectionem, iſericordia, ſanctitate, perfectione) obœdientiam, cultum & alia patri debita.

.39. Quinta vox: παντοκράτορα: ἰδίωμα ſeu proprietatem eſſentialem communem tribus perſonis proponit.

40. Tribuit hæc vox Deo omnipotentiam, quod ſcilicet omnia poſsit quæ velit quæq; promiſit & decrevit cui nulla potentia reſiſtere, nulla vis obſtare poſsit, ſine exceptione, nec obſtantibus ullis cauſis ſecundis ſeu legibus Naturæ, cum regulis Logicis, Phyſicis, mathematicis.

41. Vt enim omnipotens eſt in efficiendo eo quod vult, ita in eo quod non vult nullam fert reſiſtentiam, quæ veluti altera pars eſt divinæ omnipotentiæ.

42. Quod Epitheton παντοκρατορίας ἢ παντοδυνα-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

μίας (cui ſimul eſt τὸ αὐταρκὲς καὶ τὸ ἀπέραντον) fidem vehementer roborat, ideoq; ſtatim initio Symboli ponitur.

43. Uſus ejus eſt tum παραμυθικὸς quod ille Deus, in quem fidelis credit, omnia efficere, ex omnibus periculis eripere poſsit quemcunq; licet ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἤδη ἔοντα, & cauſſarum ſecundarum omnium præſidiis & adminiculis deſtitutum.

44. Tum ἀνασκευαστικὸς ἢ ἐλεγκτικὸς opponendus quibuslibet cæcæ rationis humanæ quæſtionibus & diſputationibus de modo & poſsibilitate pronunciatorum divinorum. Ceſſet hic τὸ γεωμετρεῖν.

45. Nulla eſt in verbis divinis falſitas, quia nulla eſt in faciendis difficultas, aut impoſsibilitas, cum habeat σύνδρομον τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν καὶ τῇ δυνάμει τὴν βούλησιν.

46. Eſt autem hoc attributum omnipotentiæ primæ perſonæ in hoc articulo adſignatum ſine ullo præjudicio reliquarum duarum perſonarum.

47. Quicquid enim abſolutè vel de Deo, vel de una perſona unius eſſentiæ divinæ dicitur: idem quoq; de ſingulis perſonis ſeorſim rectè intelligitur.

48. Patri autem ceu primæ perſonæ in divinis optimo ſapientiſsimoq; conſilio tribuitur: ſiquidem quemadmodum divinæ eſſentiæ, ita omnipotentiæ ille fons & radix eſt, quam una cum eſſentia & idiomatis cæteris eſſentialibus omnibus transfundit in filium & Spiritum Sanctum ab omni æternitate.

49. Tantum igitur abeſt, adimi hac ratione omnipotentiam cæteris perſonis, ut ea ipſis magis aſſeratur.

50. Quæ

50. Quæ, ut & ſequentia, quo rectius intelligantur, generalis quædam proprietatum & actionum divinarum diſtinctio ὡς ἐν τύπῳ fuerit conſideranda.

51. Sunt enim illæ ἁπλῶς καὶ πρώτως duplices. Communes nimirum tribus perſonis ſeu toti eſſentiæ. Tum ſingulis perſonis propriæ.

52. Communes aut ſunt proprietates eſſentiales, quæ ſunt ipſa eſſentia Dei, ut ſapientia, omnipotentia, bonitas, juſticia etc. internas etjam aliqui has vocant, quatenus nimirum in ipſa eſſentia communi conſiderantur.

53. Aut ſunt externæ actiones, ut creatio, redemtio, ſanctificatio.

54. Propriæ ſingulis perſonis, aut ſunt προαιώνιοι; etjam internæ dictæ, quod in ſinu quaſi Deitatis ſeu intra ipſam Deitatem ſe contineant, nec ex arcana luce, in qua Deus habitat, forâs ad creaturas prodeant. Hæ ſunt gignere, naſci & procedere.

55. Aut ſunt certo tempore ſuſceptæ, etjam externæ dictæ, quod Deus erga creaturas illas exerceat & his ſeſe inde ab initio illis patefaciat.

56. Hæ ita ſunt proptiæ ſingulis perſonis, ut tamen ſint communes toti eſſentiæ, & contra, juxta tritiſsimam regulam: opera ſeu proprietates ſeu actiones Trinitatis ad extra ſunt indiviſæ, ſed ſervata cujuslibet perſonæ proprietate.

57. Huc tota totius rerum univerſitatis creatio, gubernatio & conſervatio, redemtio & Sanctificatio.

58. In opere creationis creat pater dicendo ſeu per filium cooperante ſuo modo Spiritu Sancto.

59. In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

58. In redemtione collectione Eccleſiæ & Sanctificatione mittere proprium eſt patris, mitti vel in natura humana aſſumta ad redimendum Filii, vel in verbo & Sacramentis ad ſanctificandum, Spiritui Sancto peculiare eſt.

59. Reſtant voces ultimæ in primo Articulo: ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς quibus pater Aeternus ab externa actione ſive beneficio creationis deſcribitur.

60. Nomine cœli & terræ comprehēduntur συνεκδοχικῶς res univerſæ ſive ſint τὰ ἔνυλα ſive ἄυλα viſibilia & inviſibilia ut in Symbolo Nicæno σὺν θεῷ videbimus.

61. Ut igitur nihil quicquam præter Deum non factum eſt: ita Deus ſolus omnium factor ſeu creator aſſeritur, ut nulli præterquam Deo ne quidem ipſis Angelis δημιουργίαν tribuere liceat.

62. Creatoris & creationis vox complectitur non tantum κοσμοποιίαν ſeu beneficium creationis primæ omnium ſeu univerſalis ex nihilo & homine ex limo terræ: ſed etjam ſingulorum individuorum propagationem, conſervationem, rerum neceſſariarum præbitionem, adminicula, præſidia, ſucceſſus, gubernationem, protectionem, liberationem, uſum ſeu ſervitutem omnium creaturarum.

63. In quibus omnibus æterna Dei majeſtas, invicta omnipotentia, infinita ſapientia, inculpabilis Juſticia, inexhauſta bonitas etc. clariſsimè lucent & conſpiciuntur.

64. Revocari hæc ſummatim ſolent ad duo beneficia: creationis ſcilicet & providentiæ tam generalis quam ſpecialis & peculiaris.

65. Obligamur Deo nos pro his ad perpetuam gratitu-

titudinem, conſiſtentem in celebratione ipſius, & recto uſu creaturarum omnium, quæ in timore Dei cum ſumma reverentia humilitate & obœdientia uſurpandæ ſunt.

66. Quare vero in ordine beneficiorum Dei creatio primum locum ſortita ſit, facile eſt intelligere, nimirum non modo temporis reſpectu, quo cætera antecedit:

67. Sed etjam quia ſapientiæ, bonitatis, & potentiæ divinæ τεκμήρια præcipua in illo magis in oculos incurrunt.

68. Communia eſſe tribus perſonis Deitatis hæc beneficia ſub nomine creationis comprehenſa dictum jam eſt.

69. Tribuuntur autem primæ perſonæ patri κυρίως & principaliter non abſolutè, & excluſivè, ſed relatè & incluſivè, ſervato ſcilicet ordine perſonarum & cujusq; perſonæ proprietate.

70. Ratio autem attributionis dependet partim ab ἀναλογίᾳ ordinis & proprietatis perſonarum & actionum Dei: partim à diſtinctione operum divinorum mediatè vel immediatè factorum.

71. Vt enim Patris perſona primum locum obtinet in ordine actionum internarum non temporis ſed proprietatis perſonalis reſpectu: Ita concinnum eſt eidem tribui primam actionum externarum, quibus Deitas ex arcana luce progreſſa ſe creaturis primum omnium patefecit.

72. Et quia exterioribus quibusdam γνωρίσμασι Trinitatis perſonæ ſe patefecerunt, pater autem inprimis ſuam in rerum omnium creatione & productione perſonam dicendo & producendo manifeſtavit,

rectè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

recte id in Symbolo obſervatum fuit : quemadmodum in operibus redemtionis & ſanctificationis de ſecunda & tertia perſonis itidem res habet.

73. Requiritur fides in hoc articulo talis, qua non tantum ſinguli certam noticiam de Deo ejusq; opere creationis habeamus : ſed & fiduciam in corde in ipſum alamus, quod verè talis ſit nobis, qualis hic deſcribitur, quod ſit Deus pater, qui nobis bene velit: quod omnipotens, qui poſsit tueri & defendere eos, quos in ſuam tutelam recipit, quod ſit creator cœli & terræ omniumq; clementiſsimus conſervator.

74. Certo certius igitur apud ſe ſinguli fideliter ſtatuant Deum eadem omnipotentia qua ſingula condidit, etjam ea tueri & conſervare, atq; admirabili ſua providentia gubernare, idq; non ratione aliqua & motu univerſali duntaxat, ſed etjam particulari & quidem tali, qui ad minimos usq; paſſerculos & viliſsimos capitis noſtri pilos, atq; adeo ad ſortium directionem extendatur, ita tamen ut immunis Deus maneat ab omni peccato.

75. Non ſolum autem creatoris diſpenſatione ſed etjam in noſtrum bonum omnia & ſingula fieri ſtatuendum eſt: Unde eventum quemlibet fidelibus ſalutarem eſſe certum eſt. Ita enim promiſit. Et profecto εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν τίς καθ᾽ ἡμῶν?

76. Habet in ſua manu omnium creator omnium quoq; hominum ſive boni ſint ſive mali, conſilia, voluntates, conatus, facultates deniq; omnes: creaturarum quoq; omnium vires & opera moderatur pro ſuo arbitrio.

77. Itaq; in omnibus glorificandus Deus à quo, per quem & ad quem ſunt omnia.

Αμήν.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum

DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa,
inſtitutorum
AGON SPECIALIS SECUNDUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
M. Andreas Tetzlevius Pomeranus à
Rectoratu Bardesholmenſi vocatus
ad Paſtoratum Huſenſem.

M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

SYMBOLI APOSTOLICI ARTICULUS SECUNDUS.

1. A creatione Symbolum noſtrum optimo ordine tranſit ad redemtionem.

2. Quia enim homo per lapſum primorum parentum ſpoliatus eſt bonis præcipuis, quibus in creatione ornatus erat, nimirum gloria integræ perfectæq; imaginis Dei, & poſſeſsione ac ſocietate beatitudinis ſempiternæ, deturbatus in immenſum pelagus omnis generis malorum: opus erat redemtore, cujus merito & efficacia ex naufragio triſtiſsimo eluctaretur, & ad reſtitutionem veteris poſſeſsionis feudi cœleſtis velut jure poſtliminii reduceretur.

3. Hunc nobis redemtorem articulus ſecundus deſcriptione nominis, perſonæ, officii atq; ἀποτελεσμάτων operis redemtionis ſummaria ſpectandum proponit. Nos ſingulas voces ordine breviterq; ponderabimus.

4. Conjungitur hic articulus proximo per particulas καὶ εἰς: Quarum prior συναπτικὴ ſubintellecta voce πιστεύω oſtendit copulam fidei non minus filium quam patrem reſpicientis.

5. Quo etjam altera particula εἰς pertinet, docens fiduciam noſtram, qualis ſupra deſcripta eſt, tam in filium quam in patrem dirigi, ut ita ἰσοτιμία filii cum patre oſtendatur, & monſtretur ſecunda perſona in Trinitate æterni Patris coæternus filius, qui ut eſſentia eſt idem Deus cum Patre & Spiritu Sancto: ita proprietate eſt diſtincta ab utroq; perſona.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

6. Duo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Duobus nominibus fides hanc perſonam appellat. 1. Ἰησȣ̃ν quod nomen à ſervando ſeu ſalvando ortum mandante patre per angelum ipſi in circumciſione fuit impoſitum.

7. Complectitur hic titulus miro & inſigni compendio officium hujus perſonæ: Αὐτὸς γὰρ σώσει τ̃ λαὸν αὐτȣ̃ ἀπὸ τ̃ ἁμαρτιῶν αὐτῶν quo ipſo Synecdochicè omnia redemtoris beneficia infiniti precii comprehēduntur.

8. Significatur dulciſsimo hoc nomine Jeſu tum nos ſine hoc Jeſu extremè perditos atq; omnis ſalutis expertes: tum ipſum ſolum eſſe ſalutem & fontem omnium bonorum, ut qui ſolus jure Jeſus appelletur, ſic ut nulla opera, nulla merita, nec ulla creatura Jeſus noſter eſſe ſeu ſalutem conferre poſsint.

9. Exhibet hoc nomen συλλήβδην totius Evangelij ſummam, & ἀντίδοτον præſentiſsimum opponendum deſperationi, magnitudini peccati, indignitati, potentiæ & viribus Diaboli, atq; adeo omnibus omnino malis.

10. Appellat χριστὸν Meſsiam ſeu unctum, modum quaſi oſtendens, quomodo nobis ſit ſalvator factus, nimirum eo quod ſit Chriſtus, hoc eſt, Propheta, Sacerdos & rex noſter.

11. Propheta quidem magnus, ob revelationem benevolæ voluntatis æterni patris & myſterij ſalvifici.

12. Sacerdos æternus, & propter victimam qua Deum offenſum placavit & peccatum expiavit: & propter interceſsionem, qua pro nobis interpellat, ut in gratiam recipiamur.

13. Rex ſpiritualis, quia ad vindicandum ſibi regnum ab hoſte occupatum, adverſus ſuperbum illum tenebrarum regem luctatus victoriam obtinuit, de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

molitus opera Diaboli, contra quem potenter omnes eos, quos in ſuam tutelam ſuſcepit, defendit, ſuo ſpiritu in animis eorum regnans & ad regnum æternum illos provehens.

14. Ut autem quæ ſit æterna perſona redemtoris clariſsimè pateat, ſequitur υἱὸν αὐτοῦ μονογενῆ. Eſt igitur hic JEſus Chriſtus filius patris unigenitus, diſtincta à patre perſona, ejusdem tamen cum illo eſſentiæ: Filius eſt Patris, genitus à patre, generatione non carnali, ſed divina, non temporaria, ſed æterna.

15. Nominatur unicus ſeu unigenitus Dei filius, alibi ἴδιος, ut diſtinguatur ab adoptivis. Chriſtus ſolus eſt æternus & naturalis Dei filius: alij autem ſunt filij poteſtate υἱοθεσίας per gratiam unigeniti fide apprehenſam.

16. Patet hinc non ſolum filij divinitas, ſed etjam αὐτουσία καὶ ὁμουσία contra omnes heterouſiaſtas.

17. Agnoſcit Symbolum eum κύριον, cum natura, tum officio, quia æternus Deus cui omnia ſubjecta: quia creator gubernator omnium: quia redemtor, nosq; ejus peculium: quia caput & defenſor Eccleſiæ omnipotens.

18. Addit Symbolum ἡμῶν, ut oſtendat omnia hæc quæ de Chriſto redemtore dicuntur, noſtra, & uniuscujuslibet propria fieri & eſſe per fidei applicationẽ, nosq; ſpectare & concernere ſingulos & univerſos.

19. Sequuntur nunc officia ſeu ἀποτελέσματα quæ operi redemtionis includuntur.

20. In quibus omnibus ſemper reſpiciendum ad ſubjectum jam deſcriptum: JEſum Chriſtum filium Dei unigenitum Dominum noſtrum, quæ verba in ſingulis repetenda meminerimus.

21. Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

21. Conceptio. τὸν συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Quibus verbis & humana natura, & ejus aſſumtæ modus indicatur.

22. Filius Dei verè homo factus & conceptus eſt, ſed non modò naturæ in generando uſitato, verum ex Spiritu ſancto, non de ſubſtantia ſed operatione & efficacia Spiritus ſancti, qui occulta virtute virginem fœcundat & format ex ſanguine virginis hominem verum & perfectum ſine commixtione viri.

23. Talis conceptio competebat perſonæ mirabili, per quam gratiam & veritatem fieri oportuit, ut ab omni peccato purus & ſanctus nos quoq; purificaret & ſanctificaret, futurus patri hoſtia ſancta & incontaminata.

24. Nativitas. τεχθέντα ἐκ μαρίας τῆς παρθένου. Facit nativitas ad probandam naturæ humanæ veritatem. Verè enim natus, verè ſemen Davidis & fratribus ſuis per omnia ſimilis factus eſt.

25. Ex virgine autem naſcitur, requirente hoc vaticiniorum divinorum veritate, τῆς πανωλεθρίας καὶ ἀποκαταστάσεως analogia, naturæ puritate &c.

26. Particula ἐκ juxta ſcripturæ interpretationem rectè accommodatur ad probandum, tum non ſimulatam ſed veram nativitatem & humanitatem: tum non alterius ſpeciei ſed noſtram carnem aſſumtam.

27. Paſsio. παθόντα ἐπὶ ποντίου πιλάτου. Ideo enim homo factus filius Dei eſt, ut θεάνθρωπος propter peccata noſtra pateretur. Paſsio autem ipſa κυρίως ex cauſis aliquo modo cognoſcitur.

28. Cauſa paſsionis προκαταρκτικὴ fuit calamitas generis humani & Diaboli in illud tyrannis.

29. Impellens cauſa interna fuit immenſus amor in patre & filio erga ſuam creaturam.

30. Subjectum patiens eſt filius Dei carne paſſus, unde eſt precium, dignitas, æſtimatio & meritum infinitum paſsionis, quæ ſcilicet eſt hominis, qui eſt Deus, unitate perſonæ.

31. Formalis cauſa eſt ipſa paſsio interna & externa multiplex & inenarrabilis ex hiſtoria Chriſti & ſcriptura conſideranda.

32. Finales, Dei reconciliatio, & ob juſtitiam & miſericordiam glorificatio: generis humani peccato deperditi ſalvatio: regni diabolici deſtructio.

33. Quod additur: ſub Pontio Pilato: tum ad certitudinem veritatis hiſtoricæ facit, tum ſublatum fuiſſe ſceptrum de Juda, quo tempore Meſsiam venturum & precium redemtionis perſoluturum Prophetæ prædixerant, innuit.

34. Crucifixio. σταυρωθέντα. genus ſupplicij ſeu ſpecies mortis exprimitur animis noſtris probè infigenda.

35. Ut enim veritas figuris reſponderet, crucifigi redemtorem oportebat. Sacrificia vetera lignis imponebantur, antequam comburerentur in altum elevabantur: Iſaac à patre ſacrificandus ſtrui lignorum imponebatur: ſerpens æneus à Moſe Domino jubente in deſerto palo affixus erigebatur &c.

36. Et quia nullum ſupplicij genus magis abominabile fuit aut probroſum, ſignificare Deus voluit, peccatum, ad quod expiandum filius hoc mortis ſupplicium ſubire debuit, ſummè abominandum, maximè fœdum, & extremè deteſtabile eſſe.

37. Peccatum igitur in ligno commiſſum in ligno

tulit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tulit Chriſtus & abſtulit, ſuſcipiens in ſe cruci affixus reatum omnium peccatorum noſtrorum, & hoc pacto ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γὰρ ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.

38. Unde jam crux Chriſti trophæum eſt noſtrum ac vexillum, quia ſcilicet Chriſtus ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

39. Mors. θανόντα. Et moriturum Meſsiam vaticinia prophetarum prædixerant figuræq; adumbrarant: & verè mortuum eſſe, facta nimirum animæ à corpore devulſione, hiſtoria Evangelica docet.

40. Nam nec juſtitiæ divinæ, quæ transgreſſori primæ legis mortem tanquam ſtipendium peccati denunciarat, aliter ſatisfieri, nec opus plenariæ ἀπολυτρώσεως aliter abſolvi potuit.

41. Morte igitur ſpontanea Deo ſatisfecit, tum ut morte ſua ſcelus ablueret, tum ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.

42. Sepultura. ταφέντα. Etjam hoc ad pœnam peccato debitam pertinet, eſtq; & pars humiliationis Chriſti & confirmatio fidei noſtræ, ut non dubitemus, Chriſtum verè pro nobis mortuum, & eo uſq; etjam humiliatum, ut & ſepulchrum ſubierit, atq; hoc pacto rem eo deduxerit, ut neq; mors neq; ſepultura nobis nocere poſsint, cum verè patris ira ſit placata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

43. Deſcenſus ad inferos. κατελθόντα εἰς ᾅδου. Verba hæc, ut ſonant, intelligimus, videlicet quod Chriſtus revera deſcenderit ad inferos, quæ & promtior, & tutior, & ſimplicior eſt ſententia.

44. Præferimus eam pio ſtudio: 1. Quia ſcriptura ipſa ſic loquitur. 2. Quia nuſquam vel aliter ſe explicat, vel contrarium dicit. 3. Ne confundamus articulos ſingulari ſtudio Symboli conſpicuis limitibus ſejunctos. 4. Ne Symbolum Apoſtolicum vel τοῦ πλεονασμοῦ ἢ βαττολογίας, vel etjam ὑστερολογίας, ἢ ὑστεροπρωτείας τῆς ἐξηγήσεως ſine neceſsitate inſimulemus.

45. Modum deſcenſus non eſt quod curioſe inveſtigemus, cum eum ſcriptura non expreſſerit. Simplici autem modeſtia cum Auguſtino dicamus: Totus filius fuit apud Patrem, totus in utero virginis, totus in cœlo, totus in terra, totus in cruce, & totus in inferno.

46. Quod ſi quis contentioſius pugnet, abrumpamus quæſtionem hac maxima: non refert magnopere ſcire, quomodo ad inferna Chriſtus deſcenderit, modo vera fide teneatur, ipſum victorem Satanæ ab inferorum poteſtate nos liberaſſe, & devicto mortis aculeo aperuiſſe credentibus regna cœlorum.

47. Reſurrectio. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. impoſsibile ſiquidem fuit ſanctum illum Dei JEſum Chriſtum à morte, quæ ob ſolum peccatum in mundum introijt, detineri: tum quia in ſemetipſo purus erat ab omni labe peccati: tum quia noſtra peccata quæ ei fuerant impoſita aboleverat: tum quia humanitas divinæ naturæ ſive τῷ λόγῳ vivifico erat perſonaliter unita.

48. Reſurrectio autem Chriſti publicum eſt teſtimoni-

monium plenè Deo ſatisfactum, & perfectam ſempiternamq; juſtitiam per Meſsiam eſſe adductam. Etenim ſi vel unum ex omnibus peccatis omnium hominum, quæ Chriſtus in ſe receperat, manſiſſet aut prorſus impunitum aut imperfectè punitum, non potuiſſet vas noſter & ſponſor Chriſtus reſurgere.

49. Ut igitur pater tradendo Chriſtum in mortem, condemnavit peccata noſtra in Chriſto reipſa: ita etjam excitando eum à mortuis ipſo facto Chriſtum abſolvit à noſtris peccatis, & nos in Chriſto.

50. Huc accedit vivificatio, quod ſcilicet Chriſtus ſemper vivens vita noſtra eſt per fidem, qua in vitæ novitatem reſurgimus, ut purè ſancteq; vivendo totos nos voluntati Dei conſecremus.

51. Cumq; non ſolum animæ noſtræ ſed & corpora membra ſint capitis noſtri Jeſu Chriſti, ideo in reſurrectione illius certū habemus pignus & arrham, eadem corpora noſtra, quæ adhuc mortalia ſunt, & jam jus vitæ æternæ habere, & per vivificum Chriſti ſpiritum ad ejus fruitionem & veram immortalitatem in fine ſeculi reparanda eſſe.

52. Aſcenſio ad cœlos. ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς. Hic articulus ſpectabilem triumphum & gloriam majeſtatis Chriſti nobis commendat, & ceu clauſula quædam fœlix itinerarij ipſius eſt juxta Bernhardum.

53. Vocabula exponimus & intelligimus ſimpliciter ut ſonant. Aſcenſionem enim localem veram & viſibilem ſtatuimus, quod ſcilicet verè Chriſtus vero ſuo corpore phyſica membrorū locatione & circumſcripta corporis forma inſpectantibus Apoſtolis in altum elevatus ſit, nube eū ab oculis ſpectatorū ſubducente, ita ut viſibili intervallo à conſpectu diſcipulorū ſubinde diſceſſerit longius, ut teſtatur hiſtoria aſcenſionis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

54. Interim nomen cœlorum ſignificat ipſam ſedem beatorum in qua habitat Deus in luce ineffabili & inenarrabili. Non enim hic in orbibus ſeu cœlo creato eſt ſubſiſtendum cogitationibus: aſcendit enim ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Eph. 4.

55. Ut igitur hunc articulum juxta τὸ ῥητὸν accipimus, ita eam promiſsioni Chriſti, qua ſe nobis affuturum ſpopondit, minimè obſtare aſſerimus: Neq; enim aſcendit ut abeſſet, ſed præſentiſsimus impleret cœlum & terram, eſſetq; nobiſcum juxta verbum & promiſsionem ſuam uſq; ad conſummationem ſeculi.

56. Majeſtas hæc & triumphus Chriſti redemtionis noſtræ τεκμήριον eſt ulterius. Quia enim illo corpore, quod maledictū fuerat in noſtris peccatis, in cœlum aſcendere non potuiſſet, niſi prius plenè noſtro nomine ab ijs juſtificatus (in ſummam enim illam & inacceſſam lucem nil impuri poteſt pertingere) & nos in eo: immota eſt demonſtratio per Chriſtum nil de peccato expiando ſupereſſe, nil de juſtitia reparanda deeſſe.

57. Quin & manſio in eodem ſanctuario & oſtenſio coram patre in noſtrum cedit bonum: noſtro ſiquidem loco cœlum occupavit, nobis dona mittit, pro nobis intercedit, nobis locum parat & cœlorum januam reſerat.

58. Seſsio ad Dextram Patris. καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς παντοκράτορος. Non aſcendit Chriſtus tantum in cœlum, quomodo Elias, verum cum illius aſcenſione nexu indiſſolubili cohæret ſeſsio ad dextram Dei patris omnipotentis.

59. Dextera Patris interprete ſcriptura denotat majeſtatem, imperium, gloriam & potentiam Patris, ad

quam

quam ſedere non poſitum corporis aut ſitum ſignificat, ſed regnare cum patre æquali potentia, gloria, majeſtate & imperio.

6 0. Complectitur igitur hic articulus exaltationem ſeu glorificationem Chriſti poſt depoſitum ſtatum exinanitionis, tum officium ſeu regnum Sacerdotale æternum, quod perpetuo regnat & dominatur omnibus creaturis, ſanctificat credentes in ipſum, miſſo in corda eorum Spiritu Sancto, qui regat, conſoletur ac vivificet eos ac defendat adverſus Diabolum & vim peccati, ut eſt in 3. art. conf. Aug.

61. Adventus ad judicium. ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρὺς. Hæc verba colophonis rationem habent in toto ſyſtemate articulorum de Chriſto.

6 2. Quia enim Chriſtus ita regnum ſuum adminiſtra tum defendendo ſuos, ut interim ſub cruce & hoſtium injuriis eos contineat: tum coercendo impios, ut tamen multa relinquat impunita, quo ejus longanimitas omnem excludat excuſationē: ideo ne aut miſeriis turbemur, aut hoſtium ferocia frangamur, dicit ſymbolum inſtare diem judicii, diem, inquam, triumphi fidelium & juſti exitii omnium infidelium Dei hoſtium.

63. Quis erit Judex? Redemtor noſter de quo hactenus audivimus. Unde veniet? Ex cœlis φανερωθήσεται. Cur veniet? Judicare: hoc eſt, ut innocentes, id eſt, pios abſolvat, eos plenè aſſerat, & æterna gloria ornet: contra vero condemnationis judiciū in contemtores tantæ longanimitatis plenè exequatur. Quosnā judicabit? vivos & mortuos, hoc eſt, omnes omnino homines, tum eos qui inde à mundo condito è vivis exceſſerunt, quorum corpora reſurgent: tum eos,

quos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

quos dies illa deprehendet adhuc viventes, qui ſubito immutabuntur.

64. Confiteamur ergo Salvatorem, ne timeamus judicem. Qui enim modo in eum credit, & præcepta ejus facit, & diligit eum, non timebit quando veniet judicare vivos & mortuos: non ſolum non timebit, ſed ut veniat optabit. Quid enim nobis felicius quam quando venit, quem deſideramus, quando venit quem amamus? Sed timeamus, quia judex noſter erit, qui modo eſt advocatus noſter, ipſe tunc erit judex noſter. Audi Johannem, ſi dixerimus quia peccatum non habemus &c. Hæc ſcripſi vobis, ut non peccetis: Et ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem Jeſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt exoratio peccatorum noſtrorum. Si haberes cauſam apud aliquem judicem agendam, & inſtrueres advocatum, eſſes ſuſceptus ab advocato, ageret cauſam tuam ſicut poſſet: & ſi non illam finiſſet, & audires illum in judicio venturum, quantum gauderes, quia ipſe potuit eſſe judex tuus, qui fuit paulò ante advocatus tuus? Et modo ipſe pro nobit orat, ipſe pro nobis interpellat: Advocatum enim habemus & judicem timeamus? Imo quia advocatũ præmiſimus, ſecuri judicem venturum ſperemus. Aug. Serm. 119. de temp.

65. Fac quæſo Domine Jeſu, ut ſingulis momentis ſonet in auribus noſtris vox hæc: Surgite mortui & venite ad judicium, quo non modo hac ipſa territi frenum peccatis vera pœnitentia injiciamus, ſed vera fide puritateq; conſcientiæ ad exultationem per adventum Chriſti ad judicium de cœlo capiendam quotidie nos præparemus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum Tertius
AGON SPECIALIS ~~SECUNDUS~~
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Petreius vocatus ad docendum Evangelium in Eccleſia
Odenbyllenſi.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

DE TERTIO ARTICULO
SYMBOLI APOSTOLICI.

1. Ad tertium Symboli caput, quæ fidei confeſsio eſt de Spiritu Sancto, de Eccleſia, & beneficiis Dei præcipuis, ad quæ ſuperiora ſpectant, docente & ducente nos eodem Spiritu Sancto accedimus.

2. Quia enim κύριον Ιησοῦν εἰπεῖν οὐδεὶς δύναται εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ 1. Cor. 12. ordine maximè concinno Symbolum ab autore & apoteleſmatibus redemtionis tranſit ad ejusdem participationem ſeu perfruitionem, quam Spiritus Sanctus efficaciter operatur in Eccleſia, per miniſterium verbi & Sacramentorum, ceu medium ordinarium ad remiſsionem peccatorum ipſamq; adeo vitam æternam acquirendam.

3. Inſcribitur περὶ ἁγιασμοῦ opere nimirum tertiæ hujus in Sacroſancta & individua Trinitate perſonæ proprio & peculiari.

4. Ut enim character internus incommunicabilis, ſuus eſt unius cujuslibet perſonæ, videlicet ἀγεννησία patris, γέννεσις filii, ἐκπόρευσις Spiritus Sancti: ita operibus quoq; externis τῆς κτίσεως, τῆς ἀπολυτρώσεως, καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ diſcrimen trium perſonarum ſcriptura conſiderandum proponit.

5. Verba ipſa Articuli ponderaturo occurrunt membri (qualia ſex docendi cauſa conſtituere liceat) primi verba ita habentia: πιστεύω, εἰς πνεῦμα ἅγιον.

6. Repetitur vox fidei πιστεύω, quæ repetitio non eſt otioſa & inanis ταυτολογία, ſed docet fidem Chri-

ſtianam

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſtianam pari omnino fiducia, qua Patri & Filio, Spiritui etjam Sancto inniti, & pari omnino cultu tres has in monade perſonas proſequi.

7. Confirmat idem particula συγκατηγορηματικὴ εἷς, quæ perſonæ hujus, & à cæteris diſtinctionem, & cum cæteris ὁμουσίαν ſeu eſſentiæ æqualitatem manifeſtisſimè demonſtrat.

8. Πνεῦμα. Bifariam hæc vox de Deo accepta uſurpatur. Generaliter, quatenus appellatio eſt Eſſentiæ communis omnium trium perſonarum. Joh. 4. Simplicisſimam ſpiritualem Eſſentiam ab omni plane materia ſecretam ſignificans. Tum ſpecialiter tertiam hanc divinitatis perſonam tantum denotat, cui appellationem Spiritus inditam docente ſcriptura didicimus, partim ut ipſa appellatione ejus nobis innoteſceret proprietas differens à patris generatione, filijq; nativitate, utq; procesſio ejus à patre & filio indicaretur, tum vi ipſius appellationis, tum communi utriq; vocabulo.

9. Partim ut officium ejus oſtenderetur, quod eſt afflare & hoc ſuo afflatu impellere & excitare corda hominum ad Deum, Deoq; placentiam.

10. Eſſe autem Spiritum hunc Sanctum patri & filio ὁμοούσιον, συναΐδιον καὶ ὁμότιμον, confirmant Nomina proprietates, opera (generalia, ſpecialia, ordinaria, extraordinaria) θεολατρεία, Symbola probata, communes Eccleſiæ precationes, δοξολογίαι, &c.

11. Notiones autem ſingularitatis perſonæ ſunt proprietates, quarum una eſt ἐκπόρευσις, qua à cæteris ἔσωθεν diſtinguitur: Aliæ in patefactione, baptiſmo, teſtimonijs, effuſione, donis, misſione &c. ἔξωθεν ſpectantur.

12. Faceſſant ergo πνευματόμαχοι qui ejus divinitatem: Sabelliani qui ὑπόστασιν; Tritheitæ qui ὁμοουσίαν impugnabant.

13. Ἅγιον. Ἐπίθετον hoc tum propter οὐσίαν, tum propter ἐνέργειαν huic perſonæ tribuitur. Nam & ſua natura atq; eſſentia ipſa eſt ſanctitas, & occæcatas immundasq; noſtras mentes ſua vi illuſtrat, regenerat, renovat, vivificat, ſanctificat.

14. Genus igitur beneficiorum Spiritus ſancti eſt ſanctificatio, quæ κατὰ μερισμὸν ab alijs aliter diſtincta enumerantur.

15. Sunt autem ejus χαρίσματα: Et publica quæ totum corpus Eccleſiæ ſpectant: Et privata ad vera ejusdem membra pertinentia: Tum omnibus communia: Tum ſpecialia & ſingularia, vel certarum perſonarum ornamenta, vel certarū vocationū privilegia.

16. Secundum. τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικὴν. Eccleſia propria ſedes & ordinaria officina eſt efficaciæ Spiritus ſancti, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, domus Dei viventis, cujus inquilini ſoli fructus beneficiorum hic explicatorum participes fiunt.

17. Vox ἀπὸ τοῦ ἐκκαλεῖν deducta ſegregationem vocatione factam aptiſsimè innuit: cui, ut ab omnibus aliis ſocietatibus eo magis diſtinguatur, nomen Dei & Chriſti ſæpenumero in ſcriptura addi ſolet, ut oſtendatur hunc cœtum à Deo, in Deo, per Deum & Deo evocari ſeu ſegregari.

18. Fitq; hæc ἔκκλησις per cauſas inſtrumentales verbi & Sacramentorum. Hæc eſt virga oris Jehovæh, ſceptrum regni Chriſti, δύναμις inquam τοῦ θεοῦ εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι.

19. Unde & notæ ejusdem principales veræ &

οὐσιώ-

οὐσιώδεις patent, pura nimirum & ſincera verbi divini prædicatio, nec non legitimus Sacramentorum uſus.

20. Notas intelligimus nō communes et accidentales, quæq; oculos hominū ſpecie aliqua perſtringunt, ſed proprias ac eſſentiales, quæ ab Eccleſia ſine ejusdem abolitione abeſſe non poſſunt: quæ tamen etjam ipſæ non æquè puræ ac ſinceræ quovis tempore in Eccleſia apparent, quod oſtendunt veteris & novi Teſtamenti hiſtoriæ.

21. Cum autem verbum Dei purè quamvis & ſincerè prædicatum, non eodem tamen modo ab omnibus accipiatur, neq; omnes Sacramentis dignè utantur, hoc nomine Eccleſia militans in viſibilem & inviſibilem rectè diſpeſcitur.

22. Viſibilis generatim conſideratur, cœtus videlicet vocatorum, qui verbum amplectuntur, & Sacramentis utuntur: in quo tamen cœtu multi ſunt non ſancti, etſi externa ſocietate ſe adjungentes.

23. Atq; ita ad viſibilem Eccleſiam hypocritæ & mali, de ſana tamen doctrina & Sacramentorum uſu, ſaltem quo ad externam profeſsionem conſentientes, ex Mat. 13. eo modo pertinebunt, quo palea ad aream ſpectat, & zizania tritico ſunt conjuncta.

24. Interim indubitanter ſtatuendum eſt, quocunq; in loco verbum Dei purè prædicatur, & Sacramenta quo ad partes inſtitutionis formales ſincerè adminiſtrantur, ibi quoq; veram Chriſti reperiri Eccleſiam, cujus genuina membra cum oculorum acie à putridis diſcerni non queant, quippe quæ ſpeciatim ex interna conditione fidei ſalvificæ æſtimētur: hæc inviſibilem Eccleſiam conſtituunt, ita nominatam, quod propter internas ac in corde latentes notas ſoli Deo cognita ſit & perſpecta.

 25. Hæc

25. Hæc quæ de viſibili & inviſibili Eccleſia diximus diligenter obſervanda ſunt, propter diverſa ſcripturæ pronunciata, ut de diſtinctis diſtinctê judicetur.

26. Non tamen inviſibilem viſibili contrariè oppoſitam, ſed ſubalternè incluſam cenſemus, cum extra viſibilem vocatorum cœtum nullibi omnino inviſibilem Electorum reperiri certum ſit.

27. Duobus autem elogijs Symbolum noſtrum Eccleſiam viſibilem ornat, vocans eam 1. ἁγίαν 2. καθολικήν.

28. Sancta vocatur, non per ſe, non abſolutè, non totaliter: Sed reſpectu Chriſti fontis & autoris omnis ſanctitatis: reſpectu Spiritus naturam hominum innovantis: reſpectu principalium ſeu vivorum membrorum, in quibus ſanctitas inchoata in futuro ſeculo perficietur.

29. Τὸ καθόλου ad quadruplicem referri non incommodè poteſt rationem: Doctrinæ, quæ ſemper fundamento una eademq; & ſonuit, & ſonat, & ſonabit in Eccleſia: Loci, quia diffuſſa cum verbo Evangelii per omnia mundi climata, neq; ulli certo loco vel cœtui vel ſucceſsioni eſt alligata: Hominum, quia in Chriſto οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος οὐδὲ ἕλλην, οὐκ ἔνι δοῦλος οὐδὲ ἐλεύθερος, οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ, neq; eſt προσωπολήπτης ὁ θεὸς: Temporis, quia colligitur omnibus ætatibus ab initio mundi uſq; ad finem duratura in omnem æternitatem.

30. Verba quæ ſequuntur, ἁγίων κοινωνίαν, etſi pro membro tertio numeremus: peculiarem tamen fidei articulum non ſtatuimus, ut quæ ad proximum pertinent, ejusq; quaſi explicatio quædam ſunt, Eccleſiæ unita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

unitatem & omnium bonorum ſpiritualium omnibus vivis Eccleſiæ membris ex æquo communium ſocietatem, atq; inde manantem obligationem deſcribentia.

31. Hanc communionem verbis Apoſtoli Eph. 4. omnium commodiſsimè diſtributam evolverimus.

32. Εν σῶμα. Eccleſia quidem in diverſas mundi plagas diſperſa eſt, ejusq; membra multis locorum intervallis ab invicem ſunt disjuncta: unum tamen eſt corpus, unum habens caput ſpirituale Chriſtum, in quo omnium rerum eſt communio, bonorum congaudentia, malorum condolentia, mutuæ preces, mutuæ operæ, amor, affectio, nullus diſsidijs, nullus invidiæ, nullus contemptui locus: & quæ plura ad corporis unitatem & identitatem in membris omnibus & ſingulis pertinere rectè cenſentur.

33. Εν πνεῦμα. Ut enim unius corporis Phyſici humani unus generatim eſt Spiritus, una anima, omnia membra fovens & regens: ita unum hoc corpus πνευματικὸν in omnibus & ſingulis membris unum tantum habet Spiritum, qui licet pro multiplicibus ſuis divitijs diverſimodè agit, in ædificationem tamen totius corporis agit.

34. Μία ἔλπις τῆς κλήσεως, nimirum ad participationem ejusdem redemtionis, unius regni cœleſtis, & omnium quæ ſub his comprehenduntur atq; ad ea pertinent beneficiorum.

35. Εις κύριος, quem videlicet ſecundus articulus nobis exhibuit, Jeſus Chriſtus Filius Dei unigenitus &c. Hic Meſsias noſter unicus, omnibus promiſſus, omnibus exhibitus, pro omnibus paſſus &c. cujus officium, beneficia æqua ſorte omnes concernunt. Huic omnes & ſub hoc omnes invicẽ obligati ſumus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

36. *Μία πίστις* unum eundemq; hunc Dominum apprehendens, qua omnium temporum fideles juſti pronunciantur & æternum ſalvantur.

37. *Ἓν βάπτισμα:* Sacramenta etjam ſunt eadem pro Teſtamenti utriusq; ratione. Et ut de novo tantum, unus hic eſt omnium Chriſtianorum baptiſmus, & in eo una in Chriſto incorporatio, inſertio, unum & commune fœdus, initiatio, ſocietas &c. Ita una Cœna Dominica in qua omnes fideles in unum ſuccreſcunt corpus in Chriſto & inter ſeſe.

38. *Εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων*, cujus nos omnes ſumus figmentum, omnesq; per gratiam *υἱοθεσίας* filij, qui ut ſe totum nobis mancipat, ita ſibi totos nos conſecrari poſtulat. Quantus vero ſit ille Deus omnium unus & pater omnium unus, his verbis dicitur: *ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν.*

39. Hæc igitur eſt Sanctorum communio, totius corporis per Spiritum Chriſti cum Chriſto capite & membrorum inter ſe communis unio: omnium cœleſtium beneficiorum, ad quæ vocati, communis per fidem participatio: omnium etjam membrorum, ut conferant omnia & ſingula ſua dona & bona ad gloriam Dei & capitis ſui Chriſti atq; ad corporis totius & quorumlibet inter ſe membrorum ſalutem communis obligatio.

40. Quartum membrum: *ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. παρακολούθημα* ſuperioribus maximè accommodatum. Etenim remiſsio peccatorum Eccleſiæ decus præcipuum, prærogativa primaria, & privilegium eſt ſingulare.

41. Vox *ἁμαρτίας* quid complectatur alibi exponitur prolixius. Breviter *ἀνομία* ſeu diſcrepantia eſt, à

lege

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

lege quæcunq; & qualiscunq;, in origine, natura, viribus & actu: corruptio, defectus, privatio, reatus, inclinatio, concupiſcentia, affectus, cogitatum, dictum, factum, adverſus legis divinæ omnibus hominibus præſcriptæ amuſsim, omiſſum, commiſſum.

42. A quo horrendo malo quo modo liberemur, verba hujus articuli demonſtrant, nimirum remiſsione, quæ niſi gratuita eſt remiſsio non eſt.

43. Cauſa ejus efficiens prima eſt ſolus Deus. Αἴτιον προκαταρκτικὸν miſeria eſt generis humani obnoxij iræ Dei, maledictioni legis, tyrannidi Diaboli, & æternæ morti ac maledictioni propter peccatum, qua ut afficeretur nihil Deum impulit, præterquam mera miſericordia, χρηστότης καὶ φιλανθρωπία.

44. Et quia Deus peccatores per ſe non complectitur, neq; peccata absq; ſatisfactione remittit, filium ἱλαστήριον προέθετο: cujus obœdientia, paſsio, mors & ſatisfactio, cauſa eſt meritoria remiſsionis peccatorum, ut qui dedit ſemetipſum ἀντίλυτρον pro peccatis, ut in ipſo haberemus ἀπολύτρωσιν à peccatis.

45. Cauſa ὑπηρετικὴ inſtrumentalis ſeu medium oblationis & receptionis vel applicationis eſt miniſterium verbi & Sacramentorum, per quod Spiritus operatur fidem, quæ Chriſti meritum apprehendit.

46. Cauſa formalis eſt gratuita ἄφεσις, non qualitas nobis inhærens formaliter aut habitualiter: ſed relatio, qua propter Chriſti ſolutionem debita nobis condonantur: & quoniam Chriſti juſtitia nobis imputatur, injuſtitia noſtra nobis non imputatur.

47. Cauſa finalis, propter quam Deus omnes in Chriſtum credentes juſtificat à peccatis, principalis

eſt,

eſt, quoad Deum ἔνδειξις τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Ro. 3. καὶ ἔπαινος δόξης τῆς χάριτος, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Eph. 1. quoad nos σωτηρία 1. Pet. 1. εἰρήνη. Rom. 5. ζωὴ αἰώνιος. Rom. 6.

48. Quintum: σαρκὸς ἀνάστασιν. Etſi peccatum in hac vita propter Chriſtum remittatur, carni tamen propter peccatum moriendum eſt, mortem autem propter Chriſtum reſurrectio excipiet, teſte hoc articulo, cujus veritatē evincunt aperta Chriſti Prophetarum & Apoſtolorum vaticinia & promiſsiones, typi, exempla, reſurrectio Chriſti, baptiſmus, conſequentiæ multiplices, ut taceam indicia naturæ impreſſa.

49. Porro piorum reſurrectio ad vitā futuram quædā etjam regeneratio erit, qua omnis impuritas & imperfectio in hac vita adhærens abolebitur, & tum animæ tum corpora ad plenum reformabuntur, novasq; induent qualitates.

50. In animabus peccato liberatis lucebit in omni æternitate imago Dei glorioſa & auguſta, plena & perfecta noticia & obedientia legis divinæ, abſolutaq; dilectio Dei & proximi. Mens erit plena ſapientia Dei: voluntas ad obſequium Dei promtiſsima: affectus puriſsimi: vires omnes mundiſsimæ, pleniſsimæ, perfectiſsimæ.

51. Corpora etſi quidē eadem quæ mortua fuerunt reſurgent, quoad ſubſtantiam eadem non tantum ſpecie ſed & numero ſeu eadem individua: mutatio tamen erit in qualitatibus, quod ſcilicet ex corruptibilibus erunt incorruptibilia, ex ignominioſis glorioſa, ex infirmis potentia, ex animalibus ſpiritualia.

52. Fines reſurrectionis: ut Chriſtus in omni æternitate cum ſponſa Eccleſia triumphet: ut hoſtes Chri-

ſti ja-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſti jaceant ſub pedibus ejus proſtrati & victi: ut bonis præmia obœdientiæ, & malis ſupplicia inobœdientiæ reddantur: ut electi Deo laudem ſapientiæ & miſericordiæ in ſervandis piis, juſtitiæ vero & potentiæ in perdendis impiis tribuant.

53. Tum καταργηθήσεται τὸ ἐκ μέρους miniſterium Evangelii & uſus Sacramentorum, ut & πᾶσα ἀρχὴ καὶ πᾶσα ἐξουσία καὶ δύναμις: Tum erit beneficiorum Chriſti in hac vita inchoata participatio perfecta & æterna conſummatio: Tum ceſſabit omnium motuū naturalium in corporibus noſtris quales in hac vita viciſsitudo: Tum ἐλευθερωθήσεται καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς: Tum erit ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν: quo pertinet ultimum in Symbolo membrum καὶ ζωὴν αἰώνιον.

54. Atq; hic eſt portus extremus ad quem properat fides noſtra, hic ultimus eſt finis bonorum omnium, hoc ſummum bonum ab omnibus præcipuè expetendum, hæc cauſa finalis ultima creationis, redemtionis & ſanctificationis noſtræ: Hoc ſempiternum diſcrimen piorum & impiorum pariter reſuſcitandorum.

55. Quæſtio. εἰ ἐστι vita æterna ita eſt tam veteris quam novi veſtamenti paginis deciſa, ut probatione operoſa opus non ſit. Tot ſunt de ea Spiritus Sancti oracula: tot prophetarum θεοπνεύστων teſtimonia: tot Chriſti λόγου τοῦ πατρὸς conciones: tot Apoſtolorum ſententiæ & ἀποδείξεις.

56. Quæſtio περὶ in hac vita plenè nec explicari nec intelligi poteſt quia ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

57. In verbo tamen Dei ceu ſpeculo eam à tergo aſpicien-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

aſpicientes deſcriptionē qualemcunq; colligere poſſumus, quod nimirum vita æterna habeat tum ἀναίρεσιν τ̃ κακῶν tum θέσιν τῶν ἐυεργημάτων, privationem omnium malorum, & copiam ſeu ubertatem omnium bonorum his oppoſitorum.

58. Planè enim & plenè ibi omnia erunt remota mala, quib. pii in hac vita obnoxii ſunt, peccatũ, mors, Satanas, omnis generis infirmitates & calamitates, ignominia metus, vis, dolor, triſtitia, totumq; adeo regnũ diaboli, mundi, & carnis, & quæ ſub his continentur.

59. Poſitiva bona omnia veteres comprehenderunt nomine viſionis Dei, quem plenè videbimus ſine fine, perfectè amabimus ſine faſtidio, & perpetuo laudabimus ſine defatigatione: corde in ipſo tanquam in ſummo & ſufficienti bono inſtar omnium ſuaviſsimè acquieſcente, lætitia æterna & gaudio inenarrabili.

60. Cum qua αὐτοψία Sacroſanctæ Trinitatis, conjunctus erit conſpectus illuſtris & converſatio deſideratiſsima Angelorum, præcipuorum luminum Eccleſiæ, parentum conjugum, liberorũ, cognatorum, amicorum &c. ut taceam conſpectum pœnarum, & cruciatuum, impiorum & damnatorum, abſq; ſocietate ullius ægritudinis & ἐπιχαιρεκακία.

61. Hæc eſt κληρονομία illa ἄφθαρτος καὶ ἀμίαντος καὶ ἀμάραντος τετηρημένη ἐν οὐρανοῖς εἰς ἡμᾶς. 1. Pet. 1. ſumma & certa ſecuritas, ſecura tranquillitas, & tranquilla jocunditas, jocunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata Trinitas, & Trinitatis unitas, & unitatis Deitas, & Deitatis beata viſio: ò gaudium ſuper gaudiũ, gaudium vincens omne gaudium extra quod non eſt gaudium &c. Hæc Auguſt.

62. Amen. καὶ ταῦτα ὅτι πιστότατα οὕτως ἔχει. Luth. Daß iſt gewißlich war. Amen.

Progymnaſmatum Theologicorum

DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum

AGON SPECIALIS QUARTUS

quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Georgii translatus à Paſtoratu
Horsbyllenſi ad Oſtenveldenſem.

M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LIBRO AUGUSTINI
de Symbolo ad Catechumenos.

Quæ uno ſæpe loco non ſatis explicantur, alibi ſuſius enodantur: quod ſemel & generatim de his & aliis Auguſtini, ut & cæterorum patrum tractatibus obſervaſſe & ſemper in illorum lectione meminiſſe maximum fuerit operæ precium.

1. Rgulam fidei, quod Symbolum dicitur, accipite & cum acceperitis in corde ſcribite, & quotidie apud vos dicite, antequam dormiatis, antequam procedatis, veſtro Symbolo vos munite: ſit vobis codex veſtra memoria.

2. Quod audituri eſtis, hoc credituri, & quod credideritis, hoc etjam lingua reddituri, dicente Apoſtolo: corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Non igitur ſufficit audire, ſed neceſſe eſt quod auditur diſcere, & quod diſcitur credere, & quod creditur reddere ſeu profiteri.

3. Date operam proficere: naſci habetis, ſed & creſcere debetis, quia nemo incipit à perfecto.

4. Verba Symboli quæ audiſtis per divinas ſcripturas ſparſa ſunt, ſed inde collecta, & ad unum redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret, ut omnis homo poſsit dicere, poſsit tenere, quod credit.

Cap. 1. de omnipotentia Dei et creatione rerum viſibilium & inviſibilium.

5. Credo in Deum patrem omnipotentem. Deus omnipotens eſt: & cum ſit omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, &, quod ait Apoſtolus, negare ſeipſum nō poteſt: prorſus omnipotens pater noſter peccare non poteſt.

6. Quam multa non poteſt, & omnipotens eſt. Et ideo omnipotens eſt, quia iſta non poteſt: Nam ſi mori poſſet, non eſſet omnipotens: ſi mentiri, ſi falli, ſi fallere, ſi iniquè agere, non eſſet omnipotens. Facit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

cit quicquid vult, ipſa eſt omnipotentia: Nemo reſiſtit omnipotenti, ut non quod vult faciat: facit quicquid benè vult, quicquid juſtè vult: quicquid autem male fit non vult.

7. Creatorem cœli & terræ: Ipſe fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, inviſibilia & viſibilia. Inviſibilia, ſicut ſunt in cælis ſedes, dominationes, principatus, poteſtates, archangeli, angeli, ſi bene vixerimus, cives noſtri. Viſibilia fecit in cœlo ſolem, lunam & ſtellas: ſuis animalibus terreſtribus ornavit terram, implevit aërem volatilibus, terram ambulantibus & ſerpentibus, mare natantibus, omnia implevit ſuis creaturis proprijs.

8. Fecit & hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: Sumusq; ad hoc facti ut creaturis cæteris dominemur. Sed per peccatum in primo homine lapſi ſumus & in mortis hæreditatem omnes devenimus. Facti ſumus humiles mortales, impleti ſumus timoribus, erroribus, hoc merito peccati, cum quo merito & reatu naſcitur omnis homo.

9. Decepit enim Satanas hominem, ut poſsideret homines, unde jam ſub illo peccatorum principe omnes ſunt qui cum peccato naſcuntur. Unde & parvuli, ſicut vidiſtis ſicut noſtis, exufflantur & exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica: Neq; enim creatura Dei in infantibus exorcizatur, ſed ille ſub quo ſunt omnes qui cum peccato naſcuntur.

10. Ac per hoc propter unum qui lapſus eſt & omnes miſit in mortem, miſſus eſt unus ſine peccato, qui omnes in ſe credentes perducat ad vitam liberans eos à peccato.

11. Ideo credimus Et in filium eius id eſt Dei patris,* omni-

* Cap.2 de unico Filio DEI Chriſto Ieſu conſubſtantiali patri & eiuſdem voluntatis & operationis cum eo, deq; natiuitate eius æterna,

omnipotentis unicum Dominum noſtrum. Quando audis unicum Dei filium agnoſce eum. Non enim filius Dei unicus poſſet eſſe non Deus. Quod eſt, hoc genuit, etſi non eſt quem genuit. Si verus eſt autem filius, hoc eſt quod pater: ſi hoc non eſt quod pater, non eſt verus filius. Mortales & terrenas creaturas attendite: quod eſt res quæq; hoc generat. Quicquid eſt quod generat id quod eſt generat. Tenete ergo fortiter, firmiter, fideliter, quia hoc genuit Deus pater, quod eſt ipſe omnipotens.

12. Mortalis natus id quod eſt quomodo & qualiter eſt generat, immortalis itidem: corruptibilis corruptibilem generat, incorruptibilis incorruptibilem, corruptibilis corruptibiliter (per corruptionem) incorruptibilis incorruptibiliter: uſq; adeo hoc quod eſt, ut unus unum, ideo unicum.

13. Nolite putare omnipotentem patrem & non omnipotentem filium, error eſt, delete hoc in vobis, non hæreat in memoria veſtra, non bibatur in fide veſtra, & ſi forte aliquis veſtrum biberit, vomat. Si omnipotens non genuit omnipotentem, non verum filium genuit. Facit Deus pater omnipotens quod vult: facit Deus filius ejus unicus omnipotens quod vult: omnipotens eſt filius omnia faciendo quæ voluerit: una voluntas eſt patris & filij quia una natura: Nec enim voluntas filij poteſt à patris voluntate aliquantulum ſegregari.

14. Deus & Deus, uterq; unus Deus: omnipotens & omnipotens, uterq; unus omnipotens. Non introducimus duos Deos, quomodo quidam introducunt dicentes: Deus pater & Deus filius: ſed major Deus pater minor Deus filius. Averſamini talem cogitatio-

tionem: ſi vobis talia feceritis in corde, idola ponitis in anima.

15. Si non intelligitis credite: Deus unus pater, Deus Chriſtus filius Dei, amboq; unus Deus. Nec pater major minorē filium genuit, ſed æqualem. Homo major generat filium minorem, verum eſt, ſed quia ſeneſcit ille, creſcit iſte & ad formam patris ſui vel creſcendo pervenit. Filius Dei non creſcit, quia nec Deus ſeneſcit, perfectus natus eſt. Perfectus quidem natus, ſi non creſcit & minor non remanſit, æqualis eſt.

16. Et ut ſciatis omnipotentem de omnipotente natum ipſum audite qui veritas eſt, de ſe quid dicat veritas: Quid ait filius qui eſt veritas? Quæcunq; pater facit hæc & filius ſimiliter facit. Si facit aliqua pater quæ non facit filius, falſum dixit (veritas) filius. Sed quia verum dixit filius: credite quæcunq; pater facit hæc & filius facit ſimiliter.

17. Ita igitur creditis in filium omnipotentem, quod verbum etſi in Symbolo non dicitis tamen hoc eſt quod exprimitis, quando in unicum ipſum Deum creditis. Habet aliquid pater quod non habet filius? Hoc Ariani hæretici blaſphemi dicunt, non ego. Sed ego quid dico? Si habet aliquid pater quod non habet filius mentitur filius qui dicit: omnia quæ habet pater mea ſunt.

18. Multa & innumerabilia ſunt teſtimonia quibus probatur quia filius verus Dei patris eſt filius: & pater Deus verum genuit filium Deum, & pater & filius, unus eſt Deus: pater, inquam, qui ab æterno filium genuit, filius qui ab æterno ex patre eſt natus.

19. Natus eſt ante omnia tempora, natus ante omnia ſecula. Natus ante, ante quid ubi non eſt ante?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Prorſus nolite cogitare aliquod tempus ante nativitatem Christi, qua natus eſt de patre (de ipſa nativitate loquor, qua eſt filius Dei omnipotentis unicus Dominus noſter de ipſa prius loquor.)

20. Nolite cogitare in hac nativitate initium temporis, nolite cogitare ullum ſpaciū æternitatis quando erat pater & non erat filius. Ex quo pater, ex eo filius. Et quid eſt ex quo ubi non eſt initium? Ergo ſemper pater ſine initio, ſemper filius ſine initio. Et quomodo inquies natus eſt ſi non habet initium? De æterno coæternus. Nunquam fuit pater & non erat filius, & tamen filius à patre eſt genitus.

21. Unde dabitur qualiscunq; ſimilitudo? in rebus terrenis ſumus, in creatura viſibili ſumus: det mihi ſimilitudinem terra, non dat. det mihi aliquam ſimilitudinem undarum Elementum, non habet unde. det mihi ſimilitudinem aliquod animal, nec hoc poteſt. Animal quidem generat, & quod generat, & quod generatur: Sed prior eſt pater, & poſtea naſcitur filius. Inveniamus coævum, & credamus coæternum. Si potuerimus invenire patrem coævum filio ſuo, & filium coævum patri ſuo: credamus Deum patrem coævum filio ſuo & filium Deum coæternum patri ſuo.

22. In terra poſſumus invenire rem aliquam coævam non poſſumus invenire aliquam coæternam. Intendamus coævam & credamus coæternam. Intentos faciet forte aliquis & dicet: Quando poteſt inveniri pater coævus filio ſuo, aut coævus filius patri ſuo. Ut generet pater, antecedit ætate, ut naſcatur filius, ſequitur ætate, ſed hic coævus pater filio, vel filius patri quomodo poteſt eſſe?

23. Oc-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

23. Occurrat vobis ignis pater, ſplendor filius: ecce invenimus coævos. Ex quo enim ignis eſſe cœpit, continuo ſplendorem gignit, nec ignis ante ſplendorem, nec ſplendor poſt ignem. Et ſi interrogemus, quis quem generet, ignis ſplendorem aut ſplendor ignem? continuo vobis occurrit ſenſu naturali prudentia inſita mentibus veſtris: omnes clamatis, ignis ſplendorem, non ſplendor ignem.

24. Ecce pater incipiens ecce filius ſimul nec antecedens nec ſequens: Ecce ergo pater incipiens, ecce filius ſimul incipiens. Si oſtendi vobis patrem incipientem, & filium ſimul incipientem, credite patrem non incipientem & cum illo filium nec ipſum incipientem, illum æternum, illum coæternum. Sic ergo Dei filius natus eſt perfectus, quia natus ſine tempore, coæternus patri, antecedens omnia non ætate ſed æternitate.

25. Sed iſte filius unicus Dei patris omnipotentis videamus quid fecit propter nos, quid paſſus eſt propter nos. *Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto natus ex Maria virgine.* Ille Deus tantus æqualis patri, natus eſt de Spiritu Sancto & virgine Maria, humilis unde ſanaret ſuperbos. Exaltavit ſe homo & cecidit: humiliavit ſe Deus & erexit. Humilitas Chriſti quid eſt? Manum Deus homini jacenti porrexit: nos cecidimus, ille deſcendit: nos jacebamus, ille ſe inclinavit: prendamus ut non in pœnam cadamus.

Cap. 3. de filio Dei quid propter nos fecerit, quid paſſus ſit etc.

26. Eſt ipſa humana nativitas humilis & excelſa. Unde humilis? quia homo natus ex hominibus? Unde excelſa? Quia de virgine. virgo concepit, virgo peperit, & poſt partum virgo permanſit.

27. Ipſe ergo natus patri coæternus, natus de patre ſine tempore, natus ex virgine eſt in plenitudine tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

poris: iſtam nativitatem anteceſſerant tempora: oportunitate temporis. quando volebat, quando ſciebat tunc natus eſt: non enim nolens natus eſt. Nemo noſtrum quia vult naſcitur, & nemo noſtrum quando vult moritur. Ille quando voluit natus eſt, quando voluit mortuus eſt, quomodo voluit natus eſt de virgine, quomodo voluit mortuus eſt in cruce.

28. Quicquid voluit fecit, quia ſic erat homo ut lateret Deus, ſuſceptor Deus, ſuſceptus homo, unus Chriſtus Deus & homo.

29. Quid deinde? Paſſus ſub Pontio Pilato crucifixus mortuus & ſepultus. Judicis nomine ſignata ſunt tempora. Quando? ſub Pontio Pilato qui præſidem agebat. Quis? Filius Dei unicus Dominus noſter. Quid? Paſſus, crucifixus mortuus & ſepultus. Pro quibus? Pro impijs & peccatoribus. Magna dignatio, magna gratia. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

30. De cruce ipſius quid loquar, quid dicam? Extremum genus mortis elegit, ne aliquod genus mortis ejus martyres formidarent. Doctrinam oſtendit in homine, exemplum patientiæ demonſtravit in cruce: ibi opus, quia crucifixus: exemplum operis, crux: præmium operis, reſurrectio. Tertia die reſurrexit à mortuis.

31. Oſtendit nobis in cruce quid tolerare, oſtendit in reſurrectione quid ſperare debeamus. Prorſus tanquam agonotheta ſummus dixit: Fac & tolle, fac opus & accipe præmium, certa in agone & coronaberis. Quod eſt opus? obœdientia: quod eſt præmium? Reſurrectio ſine morte. Quare addidi ſine morte? Quia reſurrexit Lazarus & mortuus eſt: reſurrexit Chriſtus, jam non moritur, mors ei ultra non dominabitur.

32. Scri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

32. Scriptura dicit: patientiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis. Patientiam Job novimus, & finem Domini novimus. Quem finem Domini? Deus Deus meus ut quid me dereliquiſti? verba ſunt Domini pendentis in ligno, quaſi reliquit illum ad præſentem felicitatem ſed non eum reliquit ad æternam immortalitatem. Ibi eſt finis Domini. Tenent Judæi, inſultant Judæi, ligant Judæi, ſpinis coronant, ſputis dehoneſtant, flagellant, opprobrijs obruunt, ligno ſuſpendunt, lancea fodiunt, poſtremo ſepeliunt: Quaſi relictus eſt, ſed quibus? illis inſultantibus.

33. Ideo ergo habeto patientiam, ut reſurgas & non moriaris, id eſt, nunquam moriaris, ſicut Chriſtus.

34. Aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris. Credite. Sedere intelligite habitare quomodo dicimus de quocunq; homine, in illa patria ſedit per tres annos. Dicit illud & ſcriptura ſediſſe quendam in civitate tantum tempus. Sic ergo credite habitare Chriſtum in dextera patris, ibi eſt.

Cap. 4. de aſcens. ad cœlum & ſeſs. ad dexteram patris, & adventu ad iudicium.

35. Ne dicat vobis cor veſtrum, quid agit? Nolite quærere quod non licet invenire, ibi eſt, ſufficit vobis. Beatus eſt & à beatitudine, quæ dextera patris vocatur, ipſius beatitudinis nomen eſt, dextera patris. Nam ſi carnaliter acceperimus, quia ſedet ad dexteram patris, ille erit ad ſiniſtram. Nunquid fas eſt ut ſic illos componamus, filium ad dexteram, patrem ad ſiniſtrã? ibi omnis dextera eſt, quia ibi nulla eſt miſeria. N. Alibi explicatius tradit, quæ hic non ſatis dicit Auguſtinus.

36. Inde venturus eſt iudicare vivos & mortuos. Judicabit vivos qui ſuperfuerint: mortuos qui præceſſerunt.

37. Poteſt & ſic intelligi, vivos, juſtos: mortuos, injuſtos. Utroſq; enim judicat ſua cuiq; retribuens.

Juſtis

Juſtis dicturus eſt in judicio: Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt ab initio mundi. Ad hoc vos parate, hæc ſperate, propterea vivite, propterea babtizamini ut poſsit vobis dici: venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi. Siniſtris quid? ite in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Sic judicabuntur à Chriſto vivi & mortui.

Cap. 5. de Spiritu Sancto & Catholica Eccleſia.

38. Dicta eſt prima ſine tempore nativitas Chriſti: dicta eſt alia in plenitudine temporis de virgine nativitas Chriſti: dicta eſt paſsio Chriſti: dictum eſt judicium Chriſti. Totum dictum eſt quod dicendum erat de Chriſto filio Dei unico Domino noſtro, ſed nondum perfecta eſt Trinitas.

39. Sequitur in Symbolo: *Et in Spiritum Sanctum.* Iſta trinitas unus Deus, una natura, una ſubſtantia, una potentia, ſumma æqualitas, nulla diviſio, nulla diverſitas, perpetua charitas.

40. Vultis noſſe, quod eſt Deus Spiritus Sanctus? baptizamini & templum ejus eritis, dicente Apoſtolo: Neſcitis quia corpora veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo? Templum habet Deus: Nam & Salomon rex & Propheta juſſus eſt ædificare templum Deo. Si ædificaret templum Soli, aut terræ, aut ſtellæ alicui, aut alicui Angelo, nonne damnaret illũ Deus? Quia ergo templum ædificavit Deo, oſtendit ſe colere Deum.

41. Et unde ædificavit? de lignis & lapidibus, quia dignatus eſt Deus facere ſibi per ſervum ſuum domum in terra ubi rogaretur, ubi memoraretur: De qua beatus Stephanus dicit: Salomon ædificavit illi domum: ſed altiſsimus non in manufactis templis inhabitat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

42. Si ergo corpora noſtra ſunt templum Spiritus Sancti, Deus eſt qui ædificavit templum Spiritui Sancto, idem videlicet qui corpora noſtra condidit. Si ergo Deus corpora noſtra ædificat, & corpora noſtra ſunt templum Spiritus Sancti, nolite dubitare Deum eſſe Spiritum Sanctum.

43. Nolite vero addere quaſi tertium Deum, quia pater & filius & Spiritus Sanctus unus eſt Deus. Sic credite.

44. *Sanctam Eccleſiam Catholicam.* Sequitur poſt ſanctæ Trinitatis commendationẽ ſancta Eccleſia. Demonſtratus eſt Deus & templum ipſius. Templum enim Dei ſanctum eſt, ait Apoſtolus, quod eſtis vos. Ipſa eſt Eccleſia ſancta, Eccleſia una, Eccleſia vera, Eccleſia Catholica, contra omnes hæreſes pugnans: pugnare poteſt, expugnari tamen non poteſt. Hæreſes omnes de illa exierunt tanquam ſarmenta inutilia de vite præciſa, ipſa autem manet in radice ſua, in vite ſua, in charitate ſua, portæ inferorum non vincent eam.

45. *Remiſsionem peccatorum.* Habetis Symbolum perfectè in vobis quando baptizamini. Nemo dicat, illud feci, forte mihi non dimittitur. Quid feciſti? quantum feciſti? dic immane aliquid quod commiſiſti, grave, horrendum, quod etjam cogitare horres: quicquid vis feceris, nunquid Chriſtum occidiſti? non eſt iſto facto aliquid pejus, quia & Chriſto nihil melius. Quantum nefas eſt occidere Chriſtum? Judæi tamen eum occiderunt, & multi poſtea in eum crediderunt, dimiſſum eſt illis peccatum quod commiſerunt.

Cap. 6. de remiſsione peccatorum, carnis reſurrectione & vita æterna.

46. Cum baptizati fueritis tenete vitam bonam in præceptis Dei, ut baptiſmũ cuſtodiatis uſq; in finem.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Non vobis dico quia ſine peccato hic vivetis : ſed ſunt venialia : ſine quibus vita iſta non eſt.

47. Propter omnia peccata baptiſmus inventus eſt: propter levia ſine quibus eſſe non poſſumus, oratio. Quid habet oratio? Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Semel abluimur baptiſmate, quotidie abluimur oratione.

48. Nolite autem illa committere, pro quibus neceſſe eſt ut à Chriſti corpore ſeparemur, quod abſit à nobis. Illi enim quos videtis agere pœnitentiam, ſcelera commiſerunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania, inde agunt pœnitentiam.

49. Deus non dimittit peccata niſi baptiſatis. Quomodo enim orantes dicent: Pater noſter, qui nondum nati ſunt?

50. Credimus etjam Carnis reſurrectionem quæ præceſſit in Chriſto, ut hoc etjam ſperet corpus, quod præceſſit in capite. Caput Eccleſiæ Chriſtus, Eccleſia corpus Chriſti. Caput noſtrum ſurrexit, in cœlum aſcendit: ubi caput, illic & membra.

51. Quomodo carnis reſurrectionem? Ne forte putet aliquis, quomodo Lazari, ut ſcias non ſic eſſe, additum eſt: in vitam æternam.

52. Regeneret vos Deus, conſervet & tueatur vos Deus, in ſe, qui eſt ipſa vita æterna, perducat vos Deus. AMEN.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON SPECIALIS QUINTUS.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Chriſtianus Petri translatus à Paſtoratu
Rodenneſenſi ad Emmelsbyllenſem
in Horsbylharda.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LIBRO ALTERO AUGUSTINI DE SYMBOLO ad Catechumenos.

Cap. 1.

1. Sancti Symboli rationem exponendam ſuſcepimus, donante illo qui dat omnibus affluenter, dives in omnibus qui invocant illum. Accipite itaq; vos, qui fidem deſideratis, verbum Dei, tanquam competentem cibum, ex quo vobis Dominus operetur incrementum.

Cap. 3. de omnipotentia Dei patris & filii et Spiritus Sancti & de nativitate filii æterna.

2. Omnipotentem Deum credimus, qui omnia faciens factus non eſt, & ideo omnipotens eſt, quia de nihilo fecit quæcunq; fecit. Hoc eſt enim eſſe omnipotentem, ut non ſolum fabrica ipſa ſeu artis potentia ſed etjam materies ab illo inveniatur eſſe, qui non habuit initium, & ipſi creaturæ convenientibus gradibus per diverſas ordinationes conſtituit poteſtates.

3. Sola trinitas omnipotens. Non enim cum dicimus nos credere in Deum patrem omnipotentem, ſicut hæretici Arriani, negamus filium aut Spiritum Sanctum omnipotentem. Si filium negaveris omnipotentem negabis & patrem omnipotentem. Omnipotentia patris in filio, omnipotentia filii in patre. Et Spiritum Sanctum, qui continet omnia Sap. 1. quiq; habitat in omnibus Sanctis 1. Cor. 6. quis negabit omnipotentem?

4. Si ſempiternus eſt pater, ſempiternus eſt utiq; & filius. Si das initium filio, das initium & patri, Pater enim à filio appellatus eſt pater. Et ſi pater aliquando fuit non pater, non fuit omnipotens: minus enim habuit in eo quod poſtea effectus eſt pater. Et ſi Deus eſt pater, Deus eſt & filius: non enim aliud potuit procedere de Deo quam Deus. 5. Divi-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

5. Divinam illam nativitatem, qua filius proceſsit ex patre, qua natus eſt Deus de Deo ſine initio, ſine tempore, ſine matre, ſine aliqua fragilitate, ſine ulla ſui diminutione, non poſſumus explicare. Quis enim comprehendere vel dicere poteſt, quomodo ex patre natus ſit, qui ſemper eſt in patre, & nunquam recedit à patre?

6. Dignè, ut dixi non poſſumus enarrare, ſed debemus corda noſtra ipſi filio præparare, ut illuminando & per fidem gubernando perducat nos ad ſpeciem veritatis ſuæ, ne remaneamus in tenebris infidelitatis noſtræ, ne aliud æſtimando de filio, quam quod eſt pater, ipſe filius non docendo ſed increpando nos admoneat ſicut Philippum. Iohan. 14.

7. In quo autem tu hæretice audes dicere filium minorem, quem nos confitemur æqualem? In ætate? Non ſunt ibi tempora, quia per ipſum facta ſunt tempora. In divinitate? Deus eſt pater, Deus eſt filius. In opere? Omnia per filiũ facta ſunt, & ſine filio factum eſt nihil. Quid ergo fecit pater quod non fecit filius? Cap. 4. de æqualitate perſonarum divinarum.

8. Si autem, ſicut vera fides catholica habet, in patre operante conſtituas filiũ, & in filio operante conſtituas patrem, quoniam filius in patre eſt, & pater in filio: Omnipotens invenietur filius, ſi in ipſo omnipotens eſt pater: Si autem non eſt omnipotens filius, non eſt in illo omnipotens pater, falſumq; erit ſecundum ipſos quod ipſe filius ait: Ego in patre & pater in me eſt.

9. Sed inquis: Pater non judicat quenquam, ſed omne judiciũ dedit filio: In eo quod pater dedit, filius accepit, major eſt utiq; qui dat, minor qui accipit. Novit ſana fides, quomodo hoc intelligat: Homo

 enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

enim ille ſuſceptus accepit poteſtatem, ſed dante patre & filio, quoniam filius in patre eſt, & pater in filio.

10. Inſeparabilis Trinitas ſimul habitat, ſimul regnat, ſimul poſsidet, ſimul deſerit. Nec tres dicimus omnipotentes, inviſibiles, immortales, ſed unum Deum immortalem, inviſibilem, incorruptibilem.

Cap. 5. de nativitate filii temporali ex Maria virgine et factis ante paſsionem.

11. Verbum ſuſcepit carnem, nec eſt mutatū in carnem, quia manens Deus ſuſcepit hominem. Deus homo natus, de qua voluit natus eſt, ſicut voluit natus eſt. Genitrix ſuum genuit genitorem, creatura factorem. Sic voluit naſci excelſus humilis, ut in ipſa humilitate oſtenderet majeſtatem. Angelus virginem ſalutavit, Spiritus Sanctus eam fœcundavit, tunc illa fœmina virum ſine viro concepit, tunc dominum ſuſcepit, ut eſſet in ea, qui fecerat eam. Mirabatur & ipſa in aſpectu ſuæ prolis, quam amplexus non ſtrinxerat maritalis: Stupor abſcedat, fides accedat.

12. Ecce quem portat naſcitur, nondum loquitur, & totum concutit mundum. Clamat cœlum novi ſyderis radians fulgorem, clamat terra turbata per Herodem, veniunt magi admoniti, inquirunt Judæi turbati, infantes dicunt teſtimonium &c.

13. Mater à filio puero audivit, corde expavit: Neſcis quia oportet me in his quæ patris mei ſunt operari? Non patrem nominabat ille quem neſciebat in terra, ſed illum qui fecit cœlum & terram.

14. In primo miraculo tentavit illa fœmina jubere ſe filio poſſe tanquam mater domina quæ ſe agnoſcebat ancillam. Ille ut diſtingueret inter Deum & hominem, Quid mihi & tibi eſt inquit mulier? Secundum hominem minor erat, ſecundum hominem ſubditus erat, ſecundum Deum autem ſupra omnes erat: Non com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

competit tibi ut jubeas Deo, competit ut ſubdita ſis Deo.

15. Vide in cæteris miraculis Deū operantem quem intueris filium adoleſcentem, cæcorum illuminationem, leproſorum mundationem, claudorum curſus, ſurdorum auditus, dæmonum fugationem, mortuorum reſurrectionem.

16. Quid reſtat juveni, niſi ut procedat velut ſponſus de thalamo ſuo? accipiat ſponſus ſponſam, quæratur, inveniatur, quæ ei conjungatur. Qualis eſt de qua natus eſt, talis ei inveniatur: filius permanentis virginis virginem permanſuram accipiat, ſed per paſſionem &c. Cap. 6. de Paſsione Chriſti et ortu Eccleſiæ ac hominum redemtione.

17. Impleant Judæi ſuam voluntatem, quando dignatur ipſe dare poteſtatem. Agite Judæi date præmium Judæ, ut ille qui natus eſt de virgine, à Pontio Pilato ſuſpendatur in cruce.

18. Aſcendat ſponſus noſter thalami ſui lignum: aſcendat ſponſus noſter thalami ſui lectum: dormiat moriendo, aperiatur ejus latus, & Eccleſia prodeat virgo: ut quomodo Eva facta eſt ex latere Adæ dormientis, ita & Eccleſia formetur ex latere Chriſti in cruce pendentis.

19. Ex latere percuſſo manavit ſanguis & aqua, quæ ſunt Eccleſiæ gemina Sacramenta. Aqua, in qua eſt ſponſa purificata: ſanguis, ex quo invenitur eſſe dotata, in quo ſancti ſtolas ſuas laverunt, ſanguinem ſponſi biberunt, ſanguinem ſuum pro illo fuderunt.

20. Exulta Chriſtiane, quod Judas vendidit & Judæus emit, tu acquiſiſti. Exulta exulta ſponſa Eccleſia, quia niſi in Chriſto facta iſta eſſent, tu ab illo formata non eſſes: venditus redemit te, occiſus vivificavit te:

vit te: & quia plurimum dilexit te, mori voluit propter te.

21. Quando iſta judæi potius quam Pilatus faciebant, dominus virtutum negocium noſtrum agebat, quæ non rapuerat tunc exolvebat: non rapuit iniquitatem & pro iniquis ſuſcepit mortem. Pro nobis quod non debebat reddidit, pro impijs mortuus precium noſtrum exactori reddidit.

22. Videte Dominum virtutum & in ipſa morte miracula facientem. Agebat myſterium qui fundebat precium. In Petro demonſtrans, non in ſe quenquam juſtum debere præſumere: in latrone, nullum impium converſum poſſe perire. Timeat bonus ne pereat per ſuperbiam, non deſperet malus ob multam malitiam.

23. Magnum precium pro nobis datum eſſe cognoſcimus, quia ſanguine Chriſti redemti ſumus. Agamus quomodo tali Domino non diſpliceamus. Amavit ſervos & quos redemit ſervos fecit liberos: donat libertatem, exhibet fraternitatem, promittit hæreditatem. Suſcepit veniendo mortem tuam, donavit reſurgendo vitam ſuam. Qui crucifixus eſt pro te, die tertio reſurgens ſuper cœlos exaltavit te, filium Dei fecit te.

24. Quid retribuemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis? Fecit nos antequam eſſemus, donavit vitam, donavit ætatem, donavit liberam voluntatem, donavit ſubſtantiam, donavit ingenium, donavit rationem, donavit ſcientiam, donavit omnia ſua ut eſſent tua, & his omnibus bonis malè uſi ſumus, ſuperbi effecti ſumus, creatorem tanta bona largientẽ merito prævaricationis offendimus. Periimus, quæſivit: captivi ducti ſumus, ſubvenit: ad mortem per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

perpetuam ducebamur, liberavit. Quid tibi minus exhibuit, qui ſeipſum pro te tradidit? Dubitas quod tibi donet vitam ſuam, qui tecum communicavit mortem ſuam? Quid retribuemus ei? Si non eſt quod ei retribuamus, ab ipſo accipiamus quod ei offeramus.

25. Hoc à te quærit Chriſtus, hoc tibi dicit: Quod feci pro te, hoc & tu fac pro me: animam meam poſui pro te, & tu pro fratribus tuis animam tuam pone.

26. Noli timere mortem, quia cum vincere non poſſes, ego ſum mortuus ut tu vinceres, vinceres non per te, ſed per me, quia & ego quod ſum mortuus, non eſt propter me ſed propter te. Tu mori noveras, reſurgere non noveras, ſuſcepi mortem quam noveras, demonſtravi reſurrectionē quam ignorabas. Credendo ama reſurgentem, ut per illum & tu reſurgas.

27. Diximus, quouſq; ille altiſsimus deſcenderit propter nos: dicamus quomodo id quod ſuſcepit ex nobis in cœlum levaverit, ad dexteram patris collocaverit, ac fidei noſtræ certum pignus dederit, ut ſecura ſint membra de tanto capite fideliterq; ſperent ad ipſum ſe poſſe pervenire, quem jam credunt ad dexteram patris ſedere. Cap. 7. de aſcenſione Domini et ſeſsione ad dexteram.

28. Seſsionem iſtam nō accipiamus humanis membris poſitam, tanquam pater ſedeat in ſiniſtra, ut filius ſedeat ad dexteram: ſed ipſam dexteram intelligite poteſtatem quam accepit homo ille ſuſceptus à Deo, ut veniat judicaturus qui prius venerat judicandus.

29. Quoniam enim humiliatus eſt in forma ſervi uſq; ad crucis opprobrium, & hi qui ipſum viderunt crucifixum aliqui crediderunt, multi dubitaverunt: reſurgens à mortuis in altum regreditur, ſuper cœlos Pſal. 7.

 aſcen-

aſcendit, ut congregatio populi fidelis congregetur in unum per fidem, ut fides deducat eos ad ſpeciem.

30. Videte autem quid donaverit iſte qui aſcendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus: Quæ dona? Dona quæ acceperunt diſcipuli, quæ accepit Petrus, ut moreretur pro eo quem negaverat. Videte quid idem Petrus dicat in Epiſtola ſua, quid effundat ex dono illo Sancti Spiritus, Credentes inquit in eum, quem non videtis, gaudete inenarrabili gaudio. Gaudeamus & nos credendo in eum quem non videmus, ut ſecuri illum videamus, cum ad ipſum pervenerimus. Veniet autem & ipſe, ſed non talis qualis antea venit.

Cap. 8. de adventu Chriſti ad iudicium.

31. Veniet ut judicet, qui ſtetit ſub judice: veniet in ea forma in qua judicatus eſt, ut videant in quem pupugerunt, & cognoſcant Judæi quem negaverunt, convincat eos ille homo ſuſceptus & ab eis crucifixus.

32. Veritas Evangelica non tacuit eum cum cicatricibus reſurrexiſſe, qui poſſet ſi vellet de corpore ſuſcitato & clarificato omnem maculam cujuslibet cicatricis abſtergere: Sed ſciebat quare cicatrices in corpore ſuo ſervaret, ut vulnera dubitationis in cordibus diſcipulorum ſanaret.

33. Fortaſſe ergo, ſicut demonſtravit Thomæ non credenti niſi tangeret & videret: ita etjam inimicis ſuis vulnera ſua demonſtraturus eſt: non ut eis dicat ſicut Thomæ: quia vidiſti crediſti: Sed ut convincens eos veritas dicat: Ecce hominem quem crucifixiſtis, ecce Deum & hominem in quem credere noluiſtis. Videtis vulnera quæ infixiſtis, agnoſcitis latus quod pupugiſtis, quoniam & per vos

&

& propter vos apertum eſt; nec tamen intrare voluiſtis.

34. Illorum mors proficiat ad ſalutem noſtram. Si illi contemſerunt nos timeamus eum qui ſic venturus eſt judicare. Feſtinet unusquisq; cum vivit ut vivat &c. Hic dum vivitur melior eligatur locus. Hic eſt tempus fidei.

35. Spiritum Sanctum Deum credimus æqualem patri & filio, quia ſimul eſt & in patre & in filio. Quomodo in patre? Filium audi: Spiritus qui procedit à patre. Quomodo & in filio? Ipſe filius poſt reſurrectionem mittens diſcipulos ſuos prædicare Evangelium inſufflavit in faciem ipſorum & ait illis, Accipite Spiritum Sanctum. Eſt Spiritus patris Matt. 10. Et Spiritus Filii. Rom. 8.

Cap 9. de Spiritus Sancti cum patre & filio conſubſtantialitate & æqualitate contra Arrium.

36. Hæreticus Arrianus cum audit vel legit filium clarificatum, Spiritum Sanctum in ſpecie columbæ de cœlis eſſe transmiſſum, hac authoritate carnalis ipſius cogitatio & phantaſia Spiritus mali qui operatur in filiis diffidentiæ, patrem inducit majorem, quia viſus non eſt: filium minorem, quia viſus eſt in homine: Spiritum Sanctum filio multo inferiorem, quia in ſpecie apparuit columbæ.

37. Dicit enim & perverſè ratiocinatur, quantum diſtat viſibilis ab inviſibili, tantum diſtat filius à patre, & quantum diſtat ſpecies hominis ab ſpecie columbæ, tantum diſtat honor filij ab honore Spiritus Sancti.

38. Sed quid quod ipſe homo à Filio Dei ſuſceptus à ſcriptura divina dictus eſt agnus? Dic mihi ſi valueris tu exponere quare ſit dictus agnus filius Dei, exponam tibi & ego columbæ ſpeciem Spiritus Sancti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Si mihi dixeris, Chriſtus filius Dei agnus propter innocentiam: hoc & ego tibi de Spiritu Sancto referã, ideo Columba Spiritus Sanctus propter innocentiam.

39. Et quis eſt ille qui apparuit Moyſi in flamma ignis in monte Sina cujus poſteriora vidit Moyſes ipſo demonſtrante? Quis eſt qui ducatum præbuit Iſrael exeuntibus de Ægypto? Deus, ait liber exodi, præibat illos die quidem in columna nubis, nocte autem in columna ignis.

40. Quis eſt iſte? Pater an Filius? Si dixeris pater eſt, viſus eſt ergo & pater in aliqua ſpecie (De filio enim non concedes) Dic mihi jam quæ ſit melior natura ignis, nubis aut hominis? Si dixeris ignis vel nubis, irrideris. Si hominis, filius à te demonſtratur patre major, quia filius apparuit in homine, pater apparuit in igne.

41. Hoc Arriani ſecundum vos dictum ſit: ſecundum rectam autem veramq; doctrinam, quemadmodum non eſt filius patre major, quia filius apparuit in homine, pater in igne: Sic non eſt Spiritus Sanctus minor filio, quia in ſpecie apparuit columbæ.

42. Divina illa ſubſtantia Trinitatis manens in ſeipſa ſicuti eſt, ut innovaret perdita, noſtramq; reſtauraret ruinam, pro captu hominum, & pro congruentia cujuslibet rei, ſe viſibiliter demonſtravit, unitatem æqualitatemq; ſuam non amiſit: In igne Deus, ſed non eſt ignis, in homine filius, ſed hoc non ſolum quod videbatur erat, erat & quod latebat. Ita & Spiritus in columbæ apparuit ſpecie, ſed non columba erat Spiritus. Totum hoc homo quod factum eſt propter te factum eſt.

Cap. 10. 43. Noli injuriam facere illi, qui te fecit, ut conſequa-

ſequaris ab illo quod in iſto ſancto Symbolo ſequitur, Remiſsionem omnium peccatorum. Noli minorem prædicare eum qui te perducit ad regnum cœlorum in remiſsionem peccatorum.

44. Nec propter aliud factum eſt, ut & pater mitteret filium, & ipſe filius ſuſciperet hominem ſanandum, & Spiritus Sanctus hoc effunderet donum, niſi ut noſtræ animæ eruerentur à ſarcinis peccatorum. Hanc appetere debet quisquis interius & exterius ſalvus eſſe deſiderat.

45. Reſurrecturam eſſe omnem carnem, rationalem ſcilicet creaturam, fideliter teneamus. Hæc eſt ſumma fidei noſtræ quæ ſeparat ab infidelibus. Cap. 11. de reſurrectione mortuorum.

46. Qualia futura ſint noſtra corpora Paulus Apoſtolus dicit 1. Cor. 15. Incorruptio hæc virtus & gloria & Spiritus vivificans faciet nos, ſicut ipſe Dominus promittere dignatus eſt, æquales angelis Dei, ut vivamus cum ipſis in æterna vita, in una immortalitate ac ſempiterna patria, in qua patria vita noſtra æterna ipſe Chriſtus erit. Ipſe enim eſt verus Deus & vita æterna.

47. Non nobis jam dominabitur corruptio immortaliter viventibus, & cum ipſa æterna vita manentibus. Neq; enim indigebimus illic veſtimento, ubi erimus immortalitate veſtiti: nec cibus nobis deerit, quando ipſe panis vivus, qui propter nos de cœlo ad terras uſq; deſcendit, ſui præſentia noſtras animas ſatiabit. Cap. 12. de vita æterna.

48. Nec potus nobis deerit, præſente fonte vitæ. Saturabit enim nos ab ubertate domus ſuæ, & torrente deliciarum ſuarum corda noſtra rigabit.

49. Aeſtus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

49. Aeſtus illic non patiemur. Illic eſt enim refrigerium noſtrum, qui nos ſub umbra alarum ſuarum protexit, & protegit.

50. Frigus illic non patiemur: eſt enim ibi Sol juſticiæ, qui ſuo amore calefaciens corda noſtra, radiis divinitatis ſuæ illuminat oculos noſtros, ut videant divinitatem, æqualitatemq; patris & filii & Spiritus Sancti.

51. Non fatigabimur: nobiſcum erit virtus noſtra, cui nunc dicimus: Diligam te domine virtus mea.

52. Non ibi dormiemus: non enim ibi ſunt tenebræ, quæ excludere poſsint permanentem diem. Nulla ibi erit negociatio, nulla ſervitus, nullum opus.

53. Et quid illic acturi ſumus? Fortaſſe illud quod ſcriptum eſt: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Vacuitas iſta contemplationis erit opus noſtræ actionis, ut contemplantes delectemur, & delectabiliter contemplemur videre. Quid videre? Bona Domini. Quæ bona? Poſſumus exprimere illud quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit? Sed per fidem & patientiam ſperemus nos accipere, quicquid magnis & puſillis dignatus fuerit ille donare.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON SPECIALIS SEXTUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Juſtus Caſeus Eccleſiæ Sanct Johannitanæ
in Föer Sacellanus vocatus ad Paſto-
ratum Horsbyllenſem.

M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ALIA SYMBOLI APOSTOLICI EXPOSITIO EX LIBRO 3. Auguſt. de Symbolo ad Catechumenos.

Cap. 1. de malorum excluſione incipienti bus neceſſaria.

1. Sacramentum Symboli quod accepiſtis memoriæq; mandatum pro veſtra ſalute retinetis, noveritis hoc eſſe fidei catholicæ fundamentum, ſuper quod ædificium ſurrexit Eccleſiæ conſtructum manibus Apoſtolorum & Prophetarum. Aedificium enim domus Dei lapides ſunt vivi, quod eſtis vos.

1. Cor 3. 1. Pet. 2.

2. Huic ædificio quiſquis conjungi deſiderat, renunciet diabolo, pompis & angelis ejus. Pompæ diaboli ſunt quæq; illicita deſideria, quæ turpant non quæ exornant animam, ut ſunt deſideria carnis, deſideria oculorum, ambitiones ſeculi.

3. Ad concupiſcentiam carnis pertinent illecebræ voluptatum. Ad concupiſcentiam oculorum nugacitas ſpectaculorum. Ad ambitionem ſeculi inſana ſuperbia, ubi eſt fumus inflatus, ut homo poſitus in aliqua poteſtate, hominem ſe eſſe non agnoſcat cum de homine judicat. Qui ergo vult mundum vincere, tria iſta vincat quæ ſunt in mundo: & per hæc illum vincit etjam qui ſuadendo per ſuperbiam decepit mundum.

Cap. 2. de unitate Dei et paganici erroris inductiva reprobatione. Credo in Deum.

4. Poſtquam autem homo renunciando diabolo excludit peſsimum invaſorem, introducat optimum poſſeſſorē, credat in Deum patrem omnipotentē &c.

5. Magnum donum gratiæ credere & intelligere Deum. Sed quid Propheta dicit? Niſi credideritis non intelligetis. Credamus ergo ut intelligamus, ſed oremus ut mereamur videre quod credimus.

6. Pec-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Peccata enim & author peccati diabolus ſeparavit animam à Deo: & dum creatura ſecuta eſt ſeductorem, ſuum deſeruit ſalvatorem, facta eſt ruina magna, & erravit anima, ut pro vero Deo coleret idola, & adoraret ipſa quæ fecit, deſerendo illum à quo facta eſt: adorando enim lapidem nullam habentem vitam, ipſa perit, deſerendo Deum, qui eſt ejus vera & æterna vita.

7. Hinc error omnis & deſertio bonorum, hinc cultus paganorum, & perverſitas hæreticorum: Et erraverunt animæ per diverſas voluptates & perverſas, ut alii colerent ſolem, alii lunam & ſtellas, alii montes, alii lapides & quæq; virgulta, ut ſibi quisq; credidit inveniſſe, non adjutorem Deum, ſed deceptorem diabolum.

8. Erravit anima per diverſa à creatore ſuo, ut omne quod creaverat Deus propter ipſam, & ei dederat ad ſervitium, hoc illa coleret ut Deum.

9. Eos autem qui ſcripturas ſanctas legere nolunt, ipſa rerum natura, ipſeq; mundus operibus famulatus ſui incredulos ſua quadam voce convincit, & animam perverſam increpans dicit: Quid eſt miſera quod erras in me, & degener facta oblita es à quo quanta creata ſis, cui cœlum & terra tam pulchra domus nullis meritis præcedentibus conſtructa eſt?

10. Reſpondent & ſinguli quæq; elementa, clamantia, & ipſis ſuis operibus ſuum demonſtrantia artificem.

11. Clamat cœlum: non ſum Deus, nam ſi Deus eſſem, nulla me nubilatio obumbrare potuiſſet, nec tenebræ ſuccederent luci meæ, ſed lux integra, incorrupta, inviolataq; manſiſſet, ſicut manet lux illa ve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ra, quæ iſtam lucem temporalem creavit in me propter te.

12. Clamat & Sol: quid me homo colis ut Deum, quem vides ortu occaſuq; concludi? Deus nec ortum habet nec occaſum, ſed tu illum deſerendo magnum incurriſti caſum. Sed conſideras magnum atq; mirabilem eſſe me: ego autem agnoſco habere ſuper me, qui & me creavit & te: cum autem opera & ſplendoris & caloris mei tibi deſerviant, quomodo me pro Deo colendum ducis, niſi quia verum Deum colere neſcis?

13. Ita & luna & ſtellæ iſtam ſimilem proferunt vocem: non vides, inquiunt, ò homo, ſpacium nos agere nocturnum, excludi luce, nec terminos transgredi conſtitutos, quos ad ſolatiū quietis tuæ omnipotens artifex terminavit? Non ſumus Deus. Convincimus falſitatem tuam ſerviendo tibi ad pœnam tuam.

14. Clamat mare, & omnia quæ in eo ſunt: non ſumus Deus: Præbeo enim ut mihi juſſum eſt famulatum, perviū iter carinæ, ſuſcipiens motus congruos flatus ventorum: dirigens greſſus, ut ad portum deſideratum etjam rapiente te avaricia, nulla interpoſita tarditate perducam. Animalia vero quæ gignuntur ex me, tibi in eſcam donata eſſe cognoſcis. Cnm ergo per omnia agnoſcam modulum meum, tu quare deſeris ordinem tuum, deſerendo omnium creatorem Deum?

15. Clamat terra: Ergone homo deitatis mihi nomen aſcribis, ideo non agnoſcis quid ſim, quia oblitus es qui ſis? Non agnoſcis materiam tuam? Non agnoſcis quia limum meum es, ex me quidem formatum ſed quod non ſum ego animatum? Non agnoſcis,

quia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

quia inter omnia animalia quæ ex me procreata ſunt, tu ſolus ſub Deo pene mundi dominus conſtitutus es? Merito non intelligis, quia cum in honore eſſes non intellexiſti, comparatus es jumentis inſipientibus, & ſimilatus es illis.

16. Nos autem quibus donatum eſt credere, nec ſolem credamus Deum vel regem cœli, nec mare, aut neſcio quem regem ejus Neptunum, quem fingit vanitas, non veritas, nec terram & Plutonem: Sed credamus in Deum patrem omnipetentem, univerſorum creatorem, regem cœlorum. Qui enim cuncta quia voluit de nihilo fecit, ipſe regit quæ fecit. Cap. 3. de omnipotentia Dei creatoris viſibilium & inviſibilium. Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

17. Immortales iſti qui à nobis ſuperius commemorati ſunt, ideo dii non ſunt, quia & comprehendi & videri hic oculis poſſunt: cæteros autem quos vani vanè colunt, Jovem, Saturnum, Martem, Junonem, Minervam, Venerem, & cætera portenta, non numina bona, ſed nomina mala, homines mortales fuiſſe, etjam illorum literæ clamant, qui talibus erroribus delectantur.

18. Noſtræ autem ſacræ literæ qualem Deum prædicent, audite: immortali, inquit Apoſtolus, inviſibili, incorruptibili, ſoli Deo honor & gloria. Credimus ergo Deum immortalem & inviſibilem, non illum quem vos infideles Deum fingitis, ſimul & adulterantem & tonantem, ſed Deum verum, totius mundi fabricatorem atq; rectorem. 1. Tim. 1.

19. Non videtur Deus noſter oculis carnis, ſed cordis: non ad tempus ſed in æternum. Dicis: oſtende mihi quem colis: Ego habeo etjam modo quem tibi oſtendam, ſed tu non habes oculos unde videas. Cor immundum & tenebris peccatorũ obvolutum Deum Matth. 5.

 quæ-

quærit videre? Nunquid quia cæcus non videt, ideo lux non lucet? Si noſſes ò infidelis dicere Deo vero, illumina oculos meos: videres nobiſcum nunc per ſpeculum in ænigmate, ut poſſes videre facie ad faciem.

20. Si ex operibus intelligeres artificem, ex creatura conjiceres creatorem. Si expaveſceres in te, quia non totum capis te, agnoſceres Deum qui fecit te. Non enim vides animam tuam, cum omnia videat anima tua per carnem tuam. Aut ſi vides animam tuam, dic mihi qualis vel quanta ſit, utrum quadra an rotunda, utrum levis an aſpera, utrum calida an frigida, utrum alicujus coloris an omni colore carens. Non potes.

Cap.4. de filii Dei gratioſa incarnatione ex virgine. Et in IEſum Chriſtum filium eius unigenitum Dominum noſtrum. Eſa 7. 11. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine.

21. Filium ejus Jeſum Chriſtum olim promiſſum per Prophetas tenemus, quod jam impletum eſſe cognoſcimus. Ex Judæorum gente ipſe Salvator Apoſtolos elegit, per quos ad nos fides iſta pervenit. In ipſa gente in qua & ex qua naſci dignatus eſt, Eſaias prædixerat. Judæi antequam iſta fierent legebant & non intelligebant, cum fierent non gaudebant.

22. Naſcitur ex virgine ſicut flos ex virga, ſine ullo compoſito ſemine, infans parvus rex magnus. Magi adorant adhuc in præſepi jacentem, ſed jam in cœlo & terra regnantem. Quid times Herodes? non venit ut te excludat, ſed diabolum vincat, in illum ſi crederes, & hic ſecurus & in illa vita ſine fine regnares.

23. Hisdem gradibus quibus perierat humana natnra, à JEſu Chriſto Domino noſtro reparata eſt. Adam ſuperbus, humilis Chriſtus: per fœminam mors, per fœminam vita: per Evam interitus, per Mariam ſalus. Illa corrupta ſecuta eſt ſeductorem,

hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

hæc integra peperit ſalvatorem. Illa poculum à ſerpente propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo ſimul mererentur occidi, hæc gratia cœleſti deſuper infuſa vitam protulit, per quam caro mortua poſsit reſuſcitari. Quis eſt qui hæc operatus eſt, niſi virginis filius & ſponſus, qui attulit matri fœcunditatem, ſed non abſtulit integritatem.

24. Crucifixum ſub Pontio Pilato credimus, & ita credimus, ut cum doctore gentium in hoc gloriemur, in hunc ſperemus, illi hæreamus. Niſi enim crucifigeretur ille, mundus non redimeretur. Pœna illa ſalus eſt noſtra. Quod Judæus & gentilis deteſtatur, Chriſtianus inde ſalvatur. Cap. 5. de Chriſti amariſsima paſsione. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus.

25. Dicit Apoſtolus: Judæorum delicto ſalus eſt gentibus. Quod delictum Judæi commiſerunt? Chriſtum tenuerunt, vinctum Pilato tradiderunt, crucifige clamaverunt. Quid clamatis neſcitis: Occidatur à vobis Chriſtus, & redimantur gentes. Medicus ille animarũ qui vos videbat phreneſi laborare, ſomnum ſalutis ingerebat, & pro nobis dormire volebat.

26. Sepulturam vero hujus crucifixi ſanctum indicat Evangelium, quod ſuſceptus ſit à Joſeph obvolutusq; linteaminibus, cum aromatibus poſitus ſit in monumento novo. Cap. 6. de Chriſti honorifica ſepultura, & reſurrectione à mortuis. Et ſepultus.

27. Homo enim novus ſine ulla corruptione ex virgine procreatus, in monumento novo poſitus eſt, in quo nondum quisquam poſitus erat mortuus, ut ſanctitas fructus virginalis uteri in omnibus ornaretur ex convenientia inviolabilis ſepulchri.

28. Tertia die à mortuis reſurrexit. Lege prolixum locum de ſupputatione triduana. Tum allegoriam de tribus diebus & noctibus, quorum illos ad tria tem- Tertia die reſurrexit à mortuis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

pora ſeculi, ante legem, ſub lege, & ſub gratia refert, has cum tribus mortuis à Chriſto ſuſcitatis ingenioſè confert, rationem peccati & pœnitentiæ acutè pingens.

Cap. 7. de Chriſti glorioſa aſcenſione.

Aſcendit ad cœlos.

29. Dominus Jeſus reſurgens à mortuis aſſumptus eſt in cœlos & ſedet ad dexteram patris. Quis eſt qui ſedet ad dexteram patris? Homo Chriſtus: Nam in quantum Deus, ſemper cum patre & ex patre, & quando ad nos proceſsit, à patre non receſsit.

30. Totus filius apud patrem, totus in cœlo, totus in terra, totus in utero virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiſo quo latronem introduxit.

31. Non per diverſa tempora vel loca dicimus ubiq; eſſe totum, ut modo ibi totus ſit, & alio tempore alibi totus, ſed ut ſemper ubiq; ſit totus.

32. Si enim Deus hoc præſtitit huic luci, quæ videtur noſtris aſpectibus, ut ſimul tota ubiq; ſit: Neq; enim quando hic eſt, in oriente, vel in aliis partibus terrarum non eſt, ſed ubiq; tota eſt, & in omnibus tota eſt, & omnium oculos ſatiat, & ipſa integra perſeverat. Si hoc poteſt creatura, quanto amplius ipſe creator?

Sedet ad dextram Dei patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare vivos & mortuos.

33. Sed hoc quod filius dicitur ſedere ad dextram patris demonſtratur, quod ipſe homo, quem ſuſcepit Chriſtus, poteſtatem acceperit judicantis.

Cap. 8. de adventu Chriſti iudicaturi.

34. Inde enim venturus eſt judicare vivos & mortuos. Adventum ejus liber indicat actuum Apoſtolorum. Poſtea enim quam à mortuis reſurrexit, converſatus eſt cum diſcipulis ſuis quadraginta diebus, intrans & exiens, manducans & bibens: non quod habe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

haberet infirmitatem, ſed ut doceret veritatem. Quadrageſimo die ipſis videntibus & quodammodo in cœlum oculis deducentibus, aſtiterunt illis duo viri in veſte alba, qui dixerunt eis: Viri Galilæi, quid ſtatis intuentes in cœlum? Iſte Jeſus qui aſſumptus eſt in cœlum à vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.

35. Veniet ergo, veniet ille qui prius venit occultus, veniet in poteſtate manifeſtus. Quid eſt Deus manifeſtè veniet? Non ſicut prius homo humilis, ſed ſicut Deus homo majeſtate ſublimis, & judicabit. Pſal.49.

36. Quomodo judicabit? Non ut judex terrenus quæſiturus eſt teſtes ut te convincat, aut veritatem per tormenta requiſiturus eſt, ut commiſſum (confesſum) puniat, cum ſedeat judex ipſa juſtitia, & teſtis ſibi ſit ipſa mala conſcientia.

37. Ille Judex nec gratia prævenitur, nec miſericordia jam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec ſatisfactione mitigatur. Hic dum tempus eſt, quicquid poteſt anima agat pro ſe, ubi locus eſt miſericordiæ: Nam ibi quid pro ſe agat non habebit, quia juſtitiæ ſolius locus erit. Hic agat anima pænitentiam, ut ille poſsit mutare ſententiam.

38. Spiritum Sanctum Deum dicimus, nec tamen patrem & filium & Spiritum Sanctum tres Deos ſed unum dicimus: quia una eſt æternitas, una majeſtas, una poteſtas. Pater non eſt filius, ſed pater eſt filii: Filius non eſt pater, ſed filius eſt patris: Spiritus Sanctus nec pater eſt nec filius, ſed Spiritus eſt patris & filii: Tres perſonæ ſed unus Deus. Cap.9. de Spiritu Sancto. Credo in Spiritum Sanctum.

39.Quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

39. Quomodo tres nominas, & unum dicis? oſtende hoc aut ratione, aut aliqua ſimilitudine, per quam intelligi poſsit, quidnam illud ſit. Quæ ratio, aut quæ ſimilitudo illi rei inviſibili comparari poteſt? Det tamen veniam ejusdem majeſtas, quia aliquam ſimilitudinem quæ occurrit ex ejus creatura ponit noſtra infirmitas. Niſi enim ille permitteret, quis noſtrum de ejus divinitate loqui auderet? In ſpecie ignis apparere Deus noſter voluit. Nam & ſancto Moyſi in rubo in flamma apparuit, & filiis Iſrael ducatum in columna ignis præbuit, & ſuper diſcipulos congregatos donum Spiritus Sancti in linguis igneis effudit.

40. Habet hoc elementum magnum Sacramentum per quod exerceat quærentis ingenium. Ecce in igne tria quædam conſpicimus, lumen ignis ſplendorem & calorem, & cum ſint tria unum lumen eſt, ſimul exurgunt, ſimul conſiſtunt, nec ignis præcedit ſplendorem, nec ſplendor calorem: & hæc non confusè unum ſunt, nec disjunctè tria, ſed cum unum ſint tria ſunt, ſimul operantur, & cum inſeparabiliter operantur, aliud igni tribuitur, aliud ſplendori, aliud calori. Nam cum ad ignem refers uſtionem, ibi operatur & ſplendor & calor: & cum ad ſplendorem refers illuminationem, ſimul operatur & ignis & calor: cum vero ad calorem refers calefactionem, ſimul operatur ignis & calor & ſplendor.

41. Ita cum dicitur, quod Deus fecerit mundum, intelligitur pater cum filio, & per filium, & cum Spiritu Sancto. Et cum dicimus filium pro nobis paſſum, intelligimus paſsionem filii operatum fuiſſe & patrem & filium & Spiritum Sanctum. Et cum remiſsio peccatorum tribuitur Spiritui Sancto, intelligimus totam Trinitatem etjam hoc donum inſeparabiliter operari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

42. Hæc propter hæreticos Arrianos vel alios qui aliter de Deo ſentiunt quam dignum eſt, dicta ſunt. Cæterum illud quod eſt ineffabile & incomprehenſibile nec verbis Angelicis explicari poteſt nedum humanis.

Cap 10. de peccatorum remiſsione & carnis reſurrectione.

43. Omnia prorſus delicta delet ſanctum baptiſma, & originalia & propria: dicta, facta, cogitata, cognita, incognita, omnia dimittuntur. Innovat hominem qui fecit hominem, donat delicta qui non quærit merita, prævenit gratia etjam ipſam infantiam, ut ſint liberi per Chriſtum liberati, qui in Adam à diabolo tenebantur ante captivi.

Remiſsionem peccatorum.

Carnis reſurrectionem.

44. Omnis ſpes fidei noſtræ hæc eſt, quoniam reſuſcitabimur. Reſurgent boni, reſurgent mali: ſed boni ut ſempiterna beatitudine perfruantur, mali ut perpetuo igne puniantur. Ibi diſcernetur fidelis ab infideli, ut accipiat fides præmium, & perfidia ſupplicii obtineat locum.

In paral.

45. Similitudinem de ſemine & meſſe ita concludit: Non ſibi aſsignet terra fertilitatem, quoniam dominus dat ſuavitatem. Si enim pluvia deſuper non deſcendat, etjam terra non ſpicas profert ſed ſpinas quæ igni tradantur, non quæ horreo recondantur. Similiter & terra noſtra hoc eſt caro noſtra ſive hic ſive ibi non ſibi aſsignet merita, ſed agnoſcat accipere ſe gratiam pro gratia.

Cap. 11. de vita æterna. Et vitam æternam.

46. Bonum omne illud, quod reſuſcitabimur, quod à peccatis liberabimur, ſempiternum erit, & ideo bonum ſempiternum erit, quia in æterna vita manebit.

47. Quod ſit autem illud bonum quod promittit Deus ſanctis ſuis, quis explicet verbis ſuis?

48. Faci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

48. Facilius tamen poſſumus dicere in illa vita æterna quid ibi non ſit, quam quid ibi ſit. Non eſt ibi mors, non eſt ibi luctus, non eſt ibi laſsitudo, non eſt infirmitas, non eſt fames: nulla ſitis, nullus æſtus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mœſtitia, nulla triſtitia.

49. Ecce diximus quid ibi non ſit. Quid autem ibi ſit vultis noſſe? Hoc nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit. Si in cor hominis non aſcendit, cor hominis illuc aſcendat: mundetur cor ab omni immunditia, ut poſsit portare Deum, qui eſt vera ſempiternaq; juſtitia. Manet Deus in corde credentis & ſe diligentis, & manet homo in Deo id eſt in æterna vita, quod eſt præmium Deum amantis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON SPECIALIS SEPTIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Petrus Cypreus vocatus ad docendum
Evangelium in Eccleſia
Bopſehenſi.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

QUARTA EX QUARTO AUG. DE SYMB. AD CAT. libro Symboli Apoſtolici meditatio.

Cap.1. de myſteriis Catechiſmi & diabolicarũ pomparũ renunciatione de cætero non reſumendarum.

1. Ipſas ſententias ſacratiſsimi Symboli, quod protectio eſt contra venena ſerpentis, adjuvante Domino, exponendas ſuſcepimus, ut quid ſingulæ contineant veſtris ſenſibus intimemus.

2. Parata ſunt corda veſtra, quia excluſus eſt inimicus de cordibus veſtris. Cum excluſus fuerit peſsimus invaſor, introducatur optimus poſſeſſor. Quis eſt invaſor? diabolus. Quid invaſit? hominem quem non fecit inſuper & decepit. Promiſit ei immortalitatem, & propinavit iniquitatem. Huic vos renunciare profeſsi eſtis: in qua profeſsione non hominibus ſed Deo & angelis ejus conſcribentibus dixiſtis: renuncio.

3. Renunciate non ſolum vocibus ſed etjam moribus: non tantum ſono linguæ, ſed & actu vitæ: nec tantum labiis ſonantibus, ſed operibus pronunciantibus. Deprehenderis enim & detegeris Chriſtiane, quando aliud agis & aliud profiteris, fidelis in nomine, aliud demonſtrans in opere &c. vide

4. Modo ingrediens Eccleſiam orationes fundere: poſt modicum in ſpectaculis cum hiſtrionibus impudicè clamare. Si Deus eſt, ite poſt illum: Si mundus eſt, ite poſt illum. Si Deus eligitur, ſerviatur illi ſecundum ipſius voluntatem: Si mundus, ut quid fictum cor quaſi Deo accommodatur? Odit tales Deus nec inter ſuos deputat profeſſores, quos cernit viæ ſuæ deſertores. Eligite amare creatorem mundi & renunciate pompis mundanis, quibus princeps eſt diabolus cum angelis ſuis.

5. Cre-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

5. Credite: Sic crede, ut deſideres videre quod credis. Dicit aliquis: Ecce credo, & deſidero videre quod credo, utinam mihi oſtenderetur, ut fides mea ipſa viſione lætaretur. Si nunc videres, non crederes: ideo credis, quia non vides, ſed ita crede, ut videas. Tibi confert, quod per fidem te exercet differendo viſionem ſuam: commendat donum ſuum, non negat, ut amplius deſideres dilatum, ne vileſcat cito datum. — Cap. 2. de fide et fructib. eius: & Dei cognitione, qualiter conſequenda. Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ.

6. Nec tamen te deſerit, qui utiliter nunc viſionem ſuam ſubtrahit. Oculi tui eum non capiunt. Cæterum ipſe te omni tempore attendit, adhibe oculos fidei. Nonne ejus faciem reſpicis, cum in ejus unigenitum filium credis? Nonne manus ejus vides cum univerſam creaturam attendis? Nonne os ejus audis quando præcepta ejus recitari advertis? Orationem tuam quomodo fundis, niſi ſcias te ad illum pervenire, de quo dicit Propheta: Ecce oculi Domini ſuper juſtos & aures ejus ad preces eorum? Si autem & pedes ejus quæris noſſe, audi quos voluit eſſe pedes ſuos: Quam Eſa. 52.
ſpecioſi pedes, inquit, eorum qui annunciant pacem.

7. Conſcripſimus membra, ſed non in his membris continetur Deus: diximus ſecundum modum intelligentiæ humanæ, non ſecundum ineffabilem virtutem majeſtatis divinæ. Vis noſſe qualis ſit? vide facturam & intelliges factorem: perſcrutare quæ fecit, & intelliges eum qui omnia creavit.

8. Quem non capiunt ſpacia cœlorum, capiunt an- 2.Par.6.
guſtiæ cordis humani, ipſo dicente: inambulabo in illis & inhabitabo. Et Dominus Jeſus: Qui me diligit, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum, & veniemus ad eum & manſionem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

apud eum faciemus. Ecce qualem te fecit omnipotens qui te creavit. Agnoſce te prius quis ſis, & cognoſces qui te fecit quis ſit.

9. Rex terrenus ideo mortalis, quia viſibilis: rex cœleſtis immortalis quia inviſibilis. Rex terrenus cum nihil creaverit, omnia tamen in poteſtate accepit: & non credis regem qui omnia creavit, quod cuncta gubernet & regat?

10. Quomodo, inquis, cuncta gubernat & regit? Ecce tanta mala fiunt in mundo, & non judicat. O homo, ideo negas ejus potentiam, quia magnam ille exhibet patientiam? Peccantem quidem impunitum non dimittit: Servat eum aut pœnitendo corrigendum, aut ultimo judicio puniendum.

11. Crede mihi ò tu quisquis es qui de malis quereris, quoniam omnes mali ſumus. Si ut vis Deus malis ſtatim retribueret mala, nullus remaneret, qui de alio murmuraret. Sed ideo ille rex magnus qui novit quomodo regat quod creavit, non implet voluntates perverſas, ſed ſuam perficit rectam, ut te doceat patientiam ſuam.

12. Non tu Deum velis convertere ad furias tuas, regat te qui fecit te: nam ſi volueris regi à te, ſtatim cades per te.

Cap. 3. de viſione Dei qualis poſsibilis.

13. Confiteamur, intelligamus, habere nos regem immortalem & inviſibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre his oculis poteſt.

14. Si nemo hominum videt, quomodo locutus eſt cum Moyſe os ad os, ſicut quis loquitur ad amicum ſuum? Si autem videbat Moyſes quid eſt quod idem ipſe poſt paululum pro magno petit, oſtende mihi faciem tuam? Et Dominus illi: Facies mea non videbi-

tur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tur tibi, non enim videbit quis faciem meam & vivet. Ubi eſt illud quod videbat? & ſi videbat, cur deſiderabat videre quod videbat? Aut quomodo illi negabatur id quod jam demonſtrabatur.

15. Videbat Moſes Deum non oculis corporeis, ſed oculis mentis. Et quia lux illa perpetua, quæ Deus eſt, plus eum quam cæteros illuſtraverat, ideo dictū eſt: os ad os loquebatur ei: ac ſi diceretur, plus omnibus manifeſtatus eſt illi. Nec vacat myſterio quod in monte Oreb ſuper petram juſſus eſt aſcendere & ſtare. Ipſa eſt illa petra, quæ percuſſa produxit aquas populo ſitienti: quod Paulus exponens: patres noſtri, inquit, eſcam ſpiritalem manducaverunt, & eundem potum ſpiritalem biberunt: bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus. Ipſa ſunt illa poſteriora Dei, Chriſtus Dei. Hoc vidit Moyſes prophetando, quod Paulus exponit dicendo: Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.

Et in IEſum Chriſtum filium eius unicum Dominū noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine.

16. Fides ergo & veritas hoc prædicat, quod Chriſtus ſit natus ex virgine. Hæc nativitas Dei & hominis facta eſt cauſa hominis, ut ſublimis illa majeſtas procedens ex corde patris, infunderet ſe in uterum matris. Cauſa exegit pietatis, ut homo inveniretur perditus, & Deo patri per mediatorem reſtitueretur inventus.

Cap. 4. de duplici filii Dei nativitate.

17. Mira hæc nativitas ſecunda. Primam vero illam, qua de patre natus eſt ſine aliqua matre, quis enarrabit? Si hanc non poſſumus explicare, illam quando valemus vel inchoare? De hac ſecunda mira & ineffabili dicamus aliquid quod factum eſt pro nobis, ut verbum caro fieret & habitaret in nobis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

18. Quis enim non expaveſcat cum audit Deum natum? Audis naſcentem, vide in ipſo ortu miracula facientem: Alvus tumeſcit virginis, clauſtrum pudoris permanet, impletur uterus matris ſine ullo complexu patris, ſentit prolem quæ ſe ignorat conjugem, angelus ad virginem loquitur, à virgine cor præparatur, Chriſtus fide concipitur.

19. Parit mater, & virgo, fœta & intacta: naſcitur filius ſine homine patre, qui fecit & ipſam matrem: portatur manibus matris rector totius orbis, lambit ubera regens ſydera, tacet & verbum eſt. Necdum per linguam ſe demonſtrabat quis eſſet, & univerſa creatura ſuum natum indicat creatorem &c. Lege de magis, Herode, infanticidio &c.

20. Regnet Chriſtus quomodo venit regnare, ſuſcipiat credentes, irrideat perſequentes, faciat certantes, adjuvet laborantes, coronet vincentes, donet ſanctitatem, amet caſtitatem, remuneret pietatem.

Cap. 5. de crucifixionis Chriſti utilitate & aliis paſſionem Chriſti concomitantibus. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & ſepultus, deſcendit ad inferos.

21. Ex crucifixione Chriſti omni libertate aſſumpta fiduciam ſui anima capiat Chriſtiana. Non enim erubeſcere debet in crucifixum ſe crediddiſſe Chriſtū. Crux illa fidelibus nō eſt opprobrium, ſed triumphus, ſed vexillum noſtrum, contra adverſarium diabolum, contra quem pro nobis pugnavit rex noſter.

22. Adverſarius noſter diabolus mortem minando terrebat: ſed Chriſtus vitam æternam promittebat. Diabolus captivat, Chriſtus liberat: diabolus decipit, Chriſtus redimit: diabolus occidit, Chriſtus reſtituit.

23. De Chriſto ſternente Judæos in horto: Ecce radius veræ lucis latens adhuc ſub nube carnis, reſpexit te-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

xit tenebras & proſtravit ad terram. Quomodo tunc Judæi audebunt illam reſpicere claritatem, quando iſtam tolerare minimè potuerunt infirmitatem?

24. Dat eis poteſtatem, capiunt tenebræ lucem, non ſequendam ſed occidendam, permittit ſe lux ab eis teneri, duci, ſuſpendi, occidi, ut expoliatus nube carnis, fulgorem redderet majeſtatis.

25. Per Judæos diabolus clamabat, qui patientiam Chriſto auferre cupiebat, ut excitatus inſultationibus Judæorum, demonſtraret potentiam, ſed perderet patientiam. Ille autem rex fortis & ſingulare conſilium, per quod naſcitur & regitur omne ſanum conſilium, utramq; aciem reſpiciebat, utramq; aciem ſervabat, & patientiæ & potentiæ, & quod ſervavit exhibuit. Nam & patientiam ſervavit, quia de cruce non deſcendit: & potentiam demonſtravit quum de ſepulchro ſurrexit. Dum in cruce pependit falſa victoria Judæorum: dum de ſepulchro ſurrexit, vera confuſio Judæorum, & ſempiterna victoria Chriſtianorum.

26. Non ſolum tunc actum eſt hoc certamen, ſed nunc agitur, pugnatur, laborant membra Chriſti urgente adverſario: reſiſtitur illi, quoniam caput noſtrum jam ſedet in cœlo. Ad hoc ille pugnare voluit, ut te doceret quomodo vinceres: Sed ſi vires tuæ parvæ ſunt, ipſum invoca Salvatorem, ipſum invoca adjutorem. Cum te perſpexerit fideliter invocantem, qui pro te pependit in ligno, & hic tibi victoriam & coronam victoriæ præparabit in cœlo.

Cap. 6. de reſurrectione Chriſti die tertia & eius præfiguratione.

27. Triduana mors Domini per Prophetas & prædicta eſt, & promiſſa, & impleta. Oſee ait: poſt biduum ſuſcitabit nos, die tertio veniemus & quaſi ante

Tertia die reſurrexit à mortuis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

lucem paratum illum inveniemus, oſtendens nos in illo reſurgere, quoniam dignatus eſt carnem in qua moreretur à nobis accipere.

28. Figuram Jonæ quam ipſe Dominus expreſsius demonſtravit Judæis breviter percurramus. Miſſus Jonas ad civitatem Ninive, ut ejus finem prædicaret: miſſus eſt Chriſtus à patre ut finem mundi omnibus demonſtraret. Aſcendit navem propheta fugiens: lignum Chriſtus aſcendit, per mare hujus ſeculi transiens. Tempeſtas ſeu perturbatio maris perfidia Judæorum. Data eſt ſors ut Propheta fugitivus in mare mitteretur: Sors data eſt ſuper Chriſti veſtimenta, ut unitas omni mundo prædicaretur. Suſceptus eſt à beſtia Propheta cuſtodiendus uon comedendus. Audi hic ipſius vocem Chriſti per ſanctum David: Non derelinques animam meam apud inferos, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. In ventre beſtiæ marinæ poſitus Jonas oravit, in inferno Chriſtus deſcendens mortuos ſuſcitavit. Tertio die Propheta littori incolumis eſt redditus: die tertio Chriſtus de ſepulchro ſurgens ſuper cœlos eſt exaltatus. Ad prædicationem Jonæ Prophetæ per pœnitentiam ſalvata eſt civitas: per Chriſti prædicationem ſancta Hieruſalem redemta eſt civitas.

Ion. 2. Math, 12.

29. Qui deſcendit, Apoſtolus ait, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Quis eſt qui deſcendit? Deus homo. Quis eſt qui aſcendit? Idem ipſe Deus homo. Quod pro te ſuſcepit levavit in cœlum, terrenumq; corpus fecit cœleſte. Sic crede & tu quod poſsis reſurgere, & in cœlum aſcendere, quia certus es de tanto pignore, ſecurus de tanto munere.

Cap. 7. de Chriſti aſſumtione in cœlum, ſeſſione ad dexteram & adventu ad iudicium.

Aſcendit ad cœlos.

30. Regnat homo jam ſuſceptus à Chriſto ad dexte-

ram patris ſedens, & ut ſui ab illo regnum accipiant, vocat, invitat, hortatur. Feſtinet ad eum omnis anima, quæ avida eſt gloriæ, pergat ad talem regem, à quo ut accipiat poteſtatem, non ei precium pecuniæ dabit, ſed fidem plenam perfectamq; cum ad eum attulerit, etjam angelos judicabit. Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

31. Homo ſuſceptus expectatur ut veniat: ſecundum id quod Deus eſt & patri æqualis eſt, & ſemper judicat, ſemper præſens eſt, veniet autem redemptor noſter in ea forma in qua aſſumptus eſt. Videbunt Judæi Deum & hominem ſemper regnantem, quem negando abjecerunt morientem. Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Zach. 12.

32. Duobus modis ſentētia accipitur: Vivi & mortui in anima: item vivi & mortui in corpore. In corpore ſecundum priorē, judicabit vivos in anima credentes, & mortuos in anima fidem nullam habentes. Secundū poſteriorem judicabit vivos in carne, quos præſentes invenerit ejus adventus: judicabit & mortuos in carne, quos reſuſcitaturus eſt Deus excelſus.

33. Spiritus Sanctus Deus eſt à patre filioq;, non minor, ſed una majeſtas, una poteſtas, inſeparabilis trinitas, indiviſibilis ſanctitas, ſimul ubiq; tota. Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus Sanctus, non tres Dii ſed trinitas unus Deus. Cap. 8. de Spiritus Sancti æquali divinitate cum patre & filio: & de Eccleſia.

34. Nec tempore ſeparatur filius à patre, quoniam æternum verbum patris eſt: nec major eſt filio pater, quoniam æqualem genuit Deus Deum, ſine tempore, per quem fecit tempora: Nec Spiritus Sanctus minor eſt patre & filio, cum ſit charitas atq; concordia patris & filii. Credo in Spiritum Sanctum.

35. Quomodo enim filius minor eſt patre, cum Apoſtolus eum dicat Dei virtutem & Dei ſapientiam?

Si

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Si virtus & ſapientia patris filius eſt, qui eum minorem dicit, Deo patri contumeliam facit, quoniam eum & minorem ſapientiam, & infirmam virtutem in ſe habere contendit.

36. Aut quomodo Spiritum Sanctum minorem Arianus prædicat etjam filio, cum membra Chriſti templum Apoſtolus ponat Spiritus Sancti? Quomodo Deus non eſt, qui templum habet, aut quomodo minor eſt Chriſto, cujus membra templum habet? Non ſunt diverſi gradus, ubi eſt una trinitas, & trina æternitas. Qui enim diverſos gradus componit, ipſe ſe ab unitate præcidit.

2. Cor. 6. 1. Cor. 6.

37. Absq; Eccleſia ſi quis inventus fuerit, à numero filiorum alienus erit, nec habebit Deum patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem. Hæc mater eſt ſpiritalis, ſponſa Chriſt, igratia ejus dealbata, precioſo ſanguine dotata, totum poſſidet quod à ſponſo ſuo accepit in dote. Cognoſcatur una ſancta & vera regina catholica, cui Chriſtus regnum tale dedit, qui eam per totum mundum diffundens ab omni macula & ruga mundans totam pulchram ſuo adventu præparavit.

Sanctam Eccleſiam Catholicam Sanctorum communionem.

Luc. 24.

38. Fortiter tenete, fideliter ſperate, patienter expectate: redditur vobis novitas per baptiſmum vetuſtate diſcedente, deonerabitur anima ſarcinis peccatorum, ut libertate novæ vitæ induta adverſus diabolum cum adjutorio divino valeat fortiter dimicare, eumq; à quo ſuperata eſt ita ſuperet, ut in regno Dei tranſlata de hoſte devicto ſecura regnet cum ſuo capite Chriſto.

Cap. 9. de peccatorum remisſione & carnis reſurrectione.

Remiſsionem peccatorum.

39. Magna fides eſt neceſſaria, quoniam magnum præmium promittitur. Nec attendatis quid nunc fit, ſed

Carnis reſurrectionem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſed quid tunc fit. Quod enim nunc fit, multos movet. Quem enim non movet, cum videt tantam ſpeciem, tantam pulchritudinem, tantumq; decorem, hominem formatum, reſolvi in pulveres, oſſa diſpergi, terram terræ mandari? Non te iſta Chriſtiane deterreant. Seminatus eſt homo non perditus.

40. Anima quidem diſcedente habitaculum ejus ſolvitur, cum non ſit præſto illa domina, quæ curam gerat luteæ domus, atq; ejus reſtauret ruinas. Vadit enim ut magno præmio regnum comparet ſempiternum. Quid ergo metuis ô anima? Chriſto domino dicata es atq; ipſo donante bene vivis, & ad regnum Dei pervenire contendis. Ut quid formidas vehiculum mortis? Proficiſceris quidem & damnum patietur ad tempus caro tua: talis autem reddetur tibi quæ nequeat corrumpi, & tecum maneat ſempiternã.

41. Si hæc terrena, lutea, fragilis, tantam tibi exhibuit pulchritudinem, reſtaurata & cœleſtis effecta qualem tibi exhibebit decorem? Si hanc tantum diligis, quæ paululum manet, & tranſit in tempore, illam quantum amabis quæ decore ſuo nunquam carebit, quoniam in æternum vita manebit?

42. Hoc ſequitur in Sancto Symbolo, quod omnia quæ credimus & ſperamus in vita æterna percipiamus. Vita æterna nunquam vileſcat, ſemperq; dulceſcat. Si amatur vita, quare non quæritur vera? Si amatur vita, talis quæratur quæ nunquam finiatur. Et ſi amatur, quare non quæritur? Aut ſi quæritur, quia hic non eſt, ad eum locum ubi eſt quare non feſtinatur?

Cap 10. de vita æterna dono Dei percipienda.

Et vitam æternam.

43. Quid

43. Quid quod etjam ultro ſe nobis ipſa vita ingeſsit? Chriſtus eſt enim Deus verus & vita æterna. Venit ad nos perditos & redemit inventos: venit huc ad regionem mortalium ipſa vera vita, dedit guſtum ſaporis ſui, guſtavimus, vidimus, quoniam ſuavis eſt: præceſsit nos, invitavit ut ſequamur, & ad tam magnum illud donum, cujus talem ſuſcepimus guſtum, ſequi formidamus?

44. Venit ad te vita, repende vicem, veni & tu ad illam. Suſcepit vehiculum mortis, ut tranſiens liberaret te: Suſcipe & tu mortem, ut cum ad illum veneris ita, ab illo ſuſcipiaris, ut nunquam moriaris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON SPECIALIS OCTAVUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Petrus Bokelmannus translatus à Sacellanatu Tetenbyllenſi ad
Tonningenſem.

M D C V.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

PARALIPOMENA MISCEL- LANEA EX QUATUOR LIBRIS Auguſtini de Symbolo ad Catechu- menos.

Ex lib 1. Cap. 1. 1. Symbolum nemo ſcribit ut legi poſsit, ſed ad recenſendum, ne forte deleat oblivio, quod tradidit diligentia.

2. Incipitis Deum habere Spiritum, quando nati fueritis per Eccleſiam matrem.

3. Mens ipſa non poteſt comprehendi, nec à ſeipſa, ubi eſt imago Dei.

Cap. 2. 4. Cui donat Deus, ut cum crediderit cito intelligat, Dei donum eſt, non humana fragilitas.

5. Cap. 4. Act. Apoſt. multæ animæ erant, fides & charitas easdem unam fecerat.

Cap. 3. 6. Quæ de patientia Jobi pulcherrimè diſſerit, digniſsima ſunt quæ ſtudioſiſsimè legantur. Abſtulit omnia, auferat omnia, nudum dimittat me, & ſervet mihi ſe. Quid enim mihi deerit, ſi Deum habuero? Aut quid mihi alia proſunt, ſi Deum non habuero?

7. Ne quis quando aliquas ejusmodi patitur tribulationes, hic expectet mercedem: verbi gratia ſi damna aliquis patiatur, ne forte eo animo dicat: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum, ut duplum accipiat. Patientia Deum laudat, non avaritia. Si ea quæ perdidiſti dupla quæris recipere, & ideo Deum laudas, de cupiditate laudas non de charitate. Non tibi occurrat ipſius ſancti viri exemplum, fallis te, qui quando omnia tolerabat, dupla non ſperabat, nec iſta ſpe illa tolerabat; iſta non dicebat, iſta non ſperabat.

8. Quod

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

8. Quod placuit bono domino, non diſpliceat ſub-
dito ſervo: quod placuit medico, non diſpliceat
ægroto.

9. Non ſperanti Dominus multa præſtat: ſi multa
non reddit, occultam coronam reſervat.

10. Unde probamus quia herbam Deus creat? qui Cap. 5.
veſtit ipſe creat. Evangelium lege Math. 6.

11. Hæreticis baptiſmum non mutamus. Quare? Cap. 6.
quia habent baptiſmum. Quomodo deſertor habet
characterem: ita & iſti habent baptiſmum: habent
unde damnentur, non unde coronentur. Et tamen ſi
deſertor ipſe correctus incipiat militare, nunquid au-
det quisquam ei characterem mutare?

12. Unus eſt omnibus introitus ad vitam, ſi ad hanc Ex lib. 2.
fragilem atq; caducam, quanto magis ad illam im- Cap. 1.
mortalem atq; ſempiternam.

13. Accipit Chriſtianus Symboli remedium contra
antiqui ſerpentis venenum, ut ſi quando voluerit ad-
verſarius diabolus denuo inſidiari, noverit redemtus
cum Symboli ſacramento & crucis vexillo ei debere
occurri, ut talibus armis indutus facile vincat Chri-
ſtianus, de cujus oppreſsione male antea triumpha-
verat nequiſsimus diabolus.

14. Ex qua re nobis factus eſt adverſarius diabolus,
niſi ex hac, quia videt liberos quos tenebat ante ca-
ptivos, quia videt ſanos quos ſuis jaculis proſtrave-
rat vulneratos, quia videt veſtiri denuo immortali-
tate, quos nudaverat propinando iniquitatem, quia
muſcipula ejus comminuta eſt, & nos eruti ſumus?

15. Adjutorium noſtrum eſt in nomine Domini: re-
nunciemus ergo diabolo, pompis & angelis ejus,
quod & profeſsi ſumus: quam profeſsionem, quia in

curiam proferimus angelicam, nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cœlitus poteſtate.

16. Tyro Chriſti, miles Chriſti, dum arma ſacramentorũ ſuſcipit, pugnam adverſus diabolum indicit, dum ejus operibus renunciat, vehementius in ſe furias ejus provocat. Sed non metuat, ipſum enim Chriſtum induit, ut per eum velociter ſuperet adverſarium diabolũ. Et quid metuat Chriſtianus quando admonetur ſic orare, ſic præſumere, ſic fidere, ut dicat: Dominus mihi adjutor eſt & ego deſpiciã inimicos meos.

17. Quibus armis pugnat ille? Illecebroſis & ſubdolis. Duo ſunt genera armorum ejus valde fortia, contra quæ vigilanter ac fortiter ſtare debet omnis miles Chriſti, qui triumphare cupit & ſuperare virtutem diaboli: Voluptas & timor. Alios voluptate capit, alios timore frangit, plures tamen per voluptatem capit, quam per timorem.

18. Confirmetur & noſtra acies, proferantur arma ſpiritalia: contra timorem diaboli aſsit timor domini caſtus permanens in ſeculum ſeculi. Contra voluptatem turpiſsimæ delectationis nõ deſit fides orationis.

19. Legatur notabilis locus de ſpectaculis mundanis, circi, aurigarum, amphitheatri &c. fugiendis, & ſanctiſsimis Eccleſiæ in ſcriptura ſpectaculis conſiderandis. Collatio item ſpectaculorum, myſteriorum & hiſtoriarum Ethnicarum & biblicarum.

Cap. 3. 20. Omne quod eſt, à Deo eſt: ipſe autem à ſeipſo eſt, qui non ab aliquo factus eſt.

21. Non audebit quiſpiam quamlibet creaturam ſive cœleſtem ſive terreſtrem dicere omnipotentem.

22. Si-

22. Sicut Deus de Deo natus eſt, & lux de lumine, & dies ex die, ita & omnipotens ex omnipotente.

23. Dicit ſcriptura quod Deus fecerit mundum, ſicut & in libro Geneſeos: In principio fecit Deus cœlum & terram: Nos audientes Deum, patrem cognoſcimus, filium, & Spiritum Sanctum. Cap. 4.

24. Non ſolum ratio vera, ſed etjam divina teſtimonia hæreticorum frontem percutiant impudentem.

25. Nos quando audimus Deum judicem, totam intelligimus Trinitatem.

26. Demonſtrat ſcriptura divina, quod ſimul habitet pater & filius & Spiritus Sanctus in homine tanquam templo ſuo: ſimul etjam deſerat impios pater & filius & Spiritus Sanctus.

27. Arriani Trinitatem ſeparabant & per diverſos gradus filio & Spiritui Sancto injurias irrogabant.

28. Non fingamus nobis ipſis patris & filij & Spiritus Sancti diverſas dignitates, ſeparabiles & inæquales ætates, ampliores & infirmas poteſtates, ne quæ ipſe Dominus ſalvator noſter virtute & majeſtate ſua idola eradicavit & templa, rurſus in cordibus Chriſtianorum diabolus fabricet idola.

29. Fides Catholica hæc eſt: omnipotentem immortalem atq; inviſibilem credere Deum patrem: omnipotentem immortalem atq; inviſibilem credere Deum filium ſecundum divinam nativitatem, viſibilem autem mortalē minoremq; angelis factum ſecundum ſuſceptam humanitatē: omnipotentem immortalem atq; inviſibilem credere Spiritum ſanctum ſecundum æqualem divinitatem, viſum autem in ſpecie columbæ propter filii atteſtationem. Et hæc eſt trinitas, ſim-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

plex unitas, inſeparabilis, inenarrabilis, ſemper manens, ſemper præſens, ubiq; regnans, unus Deus, de quo Propheta David: Tu es Deus ſolus magnus.

Cap. 5. 30. Quæ eſt gratia matris & virginis? Audite Gabrielem angelum eam ſalutantem, Ave gratia plena, dominus tecum. Quando angelus iſtam virginem ſic ſalutavit &c. tunc eſt repleta gratia &c.

31. O munde immunde, venit qui te redimat & turbaris: & hunc tu vis perdere, quando ille te diſpoſuit liberare. Cœlum tibi annunciat Deum hominem ſuſcepiſſe pro te, & tu vis perdere eum qui venit redimere te.

32. Bethlehemitici pueruli non moriuntur, quia à vita ſuſcipiuntur, parentibus irrogatur pœna orbitatis, illis gloria offertur immortalitatis.

Cap. 6. 33. Ecce nec Judas tenuit precium, nec Judæi quem comparaverant Chriſtum. Illi dico, ubi eſt quod accepiſti? Judæo dico, ubi eſt quod emiſti? Illi dico, quando vendidiſti tunc te decepiſti: Iſti dico, quod emiſti poſsidere non potuiſti.

34. O magnum Sacramentum hujus conjugii. O quam magnum myſterium hujus ſponſi et hujus ſponſæ, non explicabitur dignè humanis verbis. De ſponſo ſponſa naſcitur, & ut naſcitur, ſtatim illi conjungitur, & tunc ſponſa nubit, quando ſponſus moritur, & tunc ille ſponſæ conjungitur, quando à mortalibus ſeparatur. Quando ille ſuper cœlos exaltatur, tunc iſta in omni terra fœcundatur. Sponſus iſte præſens & latens, quem ſponſa Eccleſia fide tantum concipit, & ſine ullo amplexu membra ejus quotidie parit.

35. Tunc latro confitebatur, quando Petrus turbabatur; tunc iſte agnovit, quando ille negavit. Sed

nun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nunquid quia dominus acquiſivit latronem, Petrum perdidit negatorem? Abſit, abſit.

36. Venit mirabiliter, crevit mirabiliter, exhibuit Cap. 7.
multa miracula, ſalus æterna multis præſtitit ſalutem, infirmitates noſtras ſuſcepit, multas variasq; infirmitates curavit: circundatus etjam tunc fuit multitudine populorum, quos adduxerat non fides ſed curioſitas oculorum. Miracula viſa multi laudabant, alii detrahebant, nec ſolum digne habitus eſt, ſed & contemptus eſt, ſed inſuper occiſus eſt.

37. Quare tunc non factum eſt, ut præſentia ejus numerus ille colligeretur, niſi quia oportebat impleri omnia, quæ de eo erant ſcripta? Etenim quando illa agebantur, jam illi ab ipſo præparabantur, jam captivitas eorum capta erat, expectabatur ut aſcenderet ſalvator, & donare dona.

38. Qui ſemper vult vivere, & non timere mortem, Cap. 8.
teneat vitam, ut mors ſuperetur à vita. Qui non vult timere iſtum judicem judicantem, ipſum ſibi nunc adhibeat defenſorem.

39. Introduxerunt quidam pro meritis animas dari Cap. 9.
corporibus, & eſſe revolutiones & circulos. Qui talia credunt vel prædicant impii ſunt.

40. Ariani in hoc filium ampliorem eſſe Spiritu Sancto dicunt, quia pro dignitate gradus ſui, ſicut multum diſtat inter naturã hominis & columbæ, tantam diſtantiam eſſe volunt filii & Spiritus Sancti.

41. Aedificium hæreticorum quia ſuper arenam non ſuper petram ædificatur, flatu ventorum divinorum ſcilicet eloquiorum & pluvia gratiæ deſcendente ſubvertitur.

42. Sine fide de remiſsione omnium peccatorum ſi Cap. 10.

quis ad baptiſmum accedit, ipſe contra ſe januam indulgentiæ claudit.

43. Totum hominem ſuſcepit Deus curandum, ſed ampliorem curam demonſtravit adhibendam eſſe animæ quã corpori, ut in ſanato paralytico oſtendit. Sic enim eum Dominus curari exterius volebat, ut jam interius non laboraret.

44. Tota hæc vita ad peccandum tentatio eſt. Itaq; quisquis hanc profeſsionem fidei ſuæ, in qua remittuntur omnia peccata, indubitanter tenet atq; amplectitur, præparet voluntatem ſuam voluntati Dei, ut ſi eum poſt baptiſmum dignatus fuerit in hac vita aliquantulum detinere, iſte non quieſcat orare & dicere: Adjutor eſto meus, ne derelinquas me.

45. Si autem dignatus fuerit liberum atq; ab omni fece peccati mundatum ad ſe vocare, incunctanter ac ſine triſtitia pergat ad eum, cum quo & per quem incipiat & ipſe regnare, nec vehiculum mortis timeat, in quo prior aſcendit ipſe qui vocat. Sicut enim ipſum reſurgendo perduxit ad patrem, ita & te illi per reſurrectionem repræſentavit, quia ut te invitaret ad cœlum, ad terram deſcendit, ſed non deſeruit cœlum.

Cap. 11. 46. De pecudibus vel cæteris animantibus, quibus non eſt attributa imago creatoris fas nobis nõ eſt disputare (quod reſurrectura) Iſta enim omnia ad uſus noſtros (propter uſus infirmitatis noſtræ) creata eſſe cognoſcimus. Gen. 1. Sed quemadmodum non reſurgit nobiſcum noſtra corruptio neq; infirmitas: ita nec ea quæ ſunt neceſſaria nunc noſtræ infirmitati.

Cap. 12. 47. Poſſumus explicare quomodo erit Deus omnia in omnibus? Poſſumus explicare, quomodo ipſe filius cum tradiderit regnum Deo & patri, id eſt, ſanctam con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

congregationem fidelium, ita illum hominem ſuſce-
ptum ampliusq; clarificatum non dimittat, ut tamen
claritatem quam habet cum patre antequam mundus
fieret, ipſis jam fidelibus demonſtrare non differat?
Poſſumus explicare ſanctorum corpora reſuſcitata
ex qua gloria in quam gloriam tranſeant? Poſſumus
explicare quomodo Chriſtum ſequantur fideles atq;
illos neſcio quo ubiq; manens ſecum ducat?

48. Quis audet de his rebus poſitus in hac mortali carne, quæ aggravat animam, aliquid dicere, cum Paulus Apoſtolus hoc non valuit explicare, qui in iſto poſitus corpore uſq; in tertiũ cœlum gratia operante valuit aſcendere. Non ſimus curioſi ad inveſtigandũ, quod Apoſtoli exprimere minime potuerunt.

49. Certe ex me nemo ſcire quærat, quod neſcire ſcio, niſi forte ut neſcire diſcat, quod ſcire non poſſe ſciendum eſt.

50. Sancta Eccleſia mater & virgo corpore caſta, Cap. 13.
prole fœcunda, ſponſa Chriſti declarata, ubiq; diffuſa, piè nutrit filios quos Deo patri dignos aſsignare contendit. Filii boni amate tantam matrem, filii boni nolite deſerere quotidiè vos requirentem, rependite vicem, amate amantem.

51. Tanta eſt, talis eſt, nobilis eſt, regia prole fœcunda eſt, non eam patiamini aut filiorum malorum aut peſsimorum ſervorum injuriis atq; inſidiis macerari: agite cauſas matris veſtræ, exerite ejus amplisſimam dignitatem, ſervus malus non inſultet dominæ. Lege ibidem de Arrianorum & aliorum hæreticorum inſtituto, dolis & conatibus.

52. Ecce immortalis eſt anima tua, & vivificat mor- Ex lib. 3.
talem carnem tuam. Immortalem dico animam tuam Cap. 3.

ad

ad utrumq; . Si credit immortalis eſt ad vitam : Si non credit, immortalis eſt ad pœnam.

Cap. 4. 53. De Herode: Necas parvulos corpore, quia te necat timor in corde. Ille fons gratiæ parvus & magnus qui in præſepi jacet, thronum tuum terret: agit per te neſcientem cauſas ſuas & à captivitate liberat diaboli animas. Suſcipit filios inimicorum in numerum adoptatorum. Rex magnus ad hoc venit ut per te & alios ſuos hinc congreget: hoc illo per te agente qui novit bene uti etjam malis tuis. Egit & agit gratia cauſas ſuas & per inimicos ſuos & per ipſos & in ipſos.

Cap. 5. 54. Inter eos pro quibus Chriſtus in cruce patrem rogabat, erat ille phreneticus prius Saulus poſtea Paulus, prius ſuperbus, poſtea humilis. Quid fecit ei medicus? Proſtravit ſævientem, erexit credentem: proſtravit perſecutorem, erexit prædicatorem. Proſtratus ad terram dormivit phreneticus, ſurrexit & factus eſt medicus. Cœpit in aliis curare morbum, quo ipſe laborabat, & effectus diſcipulus cœleſtis archiatri antidotum bibit confectũ ex ſanguine medici, prior ipſe bibit, & bibendum amatoribus propinavit. Hoc antidotum ex ſanguine crucifixi confectum, etjam ipſi reges terræ biberunt, & qui erant Eccleſiæ perſecutores, ejus facti ſunt defenſores.

Cap 10. 1. Cor. 15. 55. Apoſtolus ut tolleret de cordibus omnem reſurrectionis dubitationem, ſeminantis propoſuit ſimilitudinem. Quid autem fiat in ſemine puto neminem veſtrum ignorare, quemadmodum grana triturata, purgata, recondita proferantur, projiciantur, obruantur. Niſi enim eſſet meſſis fertilitas nota, iſta crederentur inſana. Attamen cum obruuntur & ab oculis dimit-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

dimittuntur, ſub terra mortua jacent. Jam ſi curioſitas exigat & videre antequam pluvia deſcendat, videt putrefactum atq; corruptum quod dimiſerat integrum, ac ſi ſpes meſsis deſit, dolor cor urit, perdidiſſe ſe credit, quod reconditum habuit. Cum autem pluvia advenerit, quomodo delectat reſpicere herbam virentem, calamum ſurgentem, ad nodos pervenientem, culmum producentem, ſpicas proferentem? delectatus videre, quod mortuum jacebat ſic revixiſſe?

56. Deum amare non poteſt, qui in Eccleſia ejus non eſt: quoniam omnis qui præter illam eſt, nec cum Deo eſt, qui vita æterna eſt. Cap. 11.

57. Legatur tum hic, tum in ſuperioribus, qui ritus in catechumenorum inſtitutione antequam in Eccleſiæ filios aſſumerentur, adhibiti in veteri Eccleſia fuerint. Lib. 4. Cap. 1.

58. Quisquis contempto Deo ſequeris mundum, & ipſe te deſerit mundus.

59. Tamdiu primus homo ille ſtetit, quamdiu Deo adhæſit: dimiſit & dimiſſus eſt, voluit probare vires ſuas & invenit miſerias & noſtra & ſuas. Si tunc ille homo noluit eſſe cautus, nunc homo caveat vel expertus. Cap. 2.

60. Myſticis figuris loquitur ſcriptura divina, ſervans rebus tempora, quibus recognitis manifeſta exerceat veritate. Cap. 3.

61. Mulierem Apoſtolus ponit, conſuetudinem ſervans locutionis Hebraicæ, quæ omnes fœminas mulieres appellat. Gal. 4.

62. O Judæi ad hoc ferentes in manibus lucernam legis, ut aliis viam demonſtretis, & vobis tenebras ingeratis: Ecce magi primitiæ gentium Chriſto offerunt Cap. 4.

runt munera, non ſolum aurum, thus & myrrham, verum etjam animas ſuas: & vos repudiat iniquitas propria, ut illum qui vos venit obligatos liberare dementes effecti prodendo quæratis necare.

Cap. 5. 63. Magnum Sacramentum: Chriſtus mediator: Deus in homine, ut hominem conjungeret Deo: Deus in homine, ut liberaret omnes quos creaverat homines.

Cap. 7. 64. Eligamus, dilectiſsimi, ut vivos nos inveniat ejus adventus in anima, ne peccando ſimul ab illo damnetur caro & anima.

65. Finis mundi in proximo eſt, & ſi ut quidam putant in proximo non eſt, dies ultimus uniuscujusq; noſtrum incertus eſt. Quid differimus, ſi ad beatam vitam tendimus? Corrigamur dum tempus eſt, emendemur, bonas cauſas habeamus, ut futuram diem judicii non timeamus.

Cap. 8. 66. Cavete doctrinas hæreticorum tanquam inſidias luporum. Oves Chriſti audite vocem paſtoris veſtri. Cavete fures, cavete latrones, non quieſcit paſtor clamare, non ſinit etjam ſuos canes tacere. Non ſe ſequeſtret ovis à ſummo paſtore, ne ipſa ſe in deprædationem nequiſsimi offerat lupi raptoris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii: in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS NONUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Jacobi vocatus ad Paſtoratum in Tingeleve.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LIBELLO D. PHILIPPI MELANTHONIS DE ECcleſia Sylloge prior.

Quia agonibus hiſce ſpecialibus ex Synodorum decretis & ſcriptorum Eccleſiaſticorum monumentis materiæ pleræq; depromuntur, duobus hiſce hoc videlicet & ſequenti quædam in genere de Eccleſiæ authoritate ex libro D. Philippi excerpere, & piè conſideranda proponere viſum eſt.

Op. Phil. Tom. 2. F. 118. 1. De autoritate Eccleſiæ rectè admoneri homines neceſſe eſt, cum quantum ſit Eccleſiæ ſententijs Synodorum decretis & ſcriptorum dictis tribuendum, variè diſputari ſoleat.

2. Aliqui enim, quia in Apoſtolicis ſcriptis occurrere videntur loci ambigui, diſputant potius eſſe ſententias Eccleſiæ ſequendas quam ſcripta Apoſtolorum, revera ſtatuentes autoritatem Eccleſiæ anteferendam eſſe verbo DEI.

F. 119. 3. Rurſus etjam petulantiora quædam ingenia, cùm fingunt ex dictis ſcripturæ malè detortis novas opiniones, prorſus & ſine diſcrimine conſenſum veræ Eccleſiæ & omnes Synodos aſpernantur, ut Servetus rixatur cum Eccеſia omnium temporum de ſententia dicti Johan. 1.

Combuſtus Genevæ in Sabaudia A. C. 1553. 17. Octob.

4. Hæc petulantia ut coërceatur aliquo modo ſeptis ut ita dicam opus eſt Eccleſiæ; ſicut veteres Synodi & ſcriptores allegant prima teſtimonia ab Apoſtolis & certis autoribus accepta.

Vixit cir. Annum Chriſti 200.

5. Tertullianus contra Praxeam inquit hanc regulam tenendam eſſe contra omnes hæreſes: Rectum eſſe quodcunq; primum eſt, adulterinum verò quodcunq; poſterius. Quid autem vocet primum ipſe explicat,

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

explicat, nimirum quod Apoſtoli certò tradiderunt.

6. Irenæus contra Florinum (Valentini errores propagantem) allegat autoritatem ſuperiorum, ac nominatim Polycarpi, qui fuerat auditor Johannis Apoſtoli. Inquit enim execraturum fuiſſe dogmata Florini, ſi ea audijſſet, & vitaturum locum, in quo illa dicta eſſent, tanquam pollutum. Baſilius allegat nutricem ſuam, quam dicit accepiſſe doctrinam à Gregorio Neocæſarienſi eruditione ac miraculis claro.

Cir. An. C. 180. De Blaſto et Florino et adhunc Irenæi Epiſtola vide Euſeb. hiſt. Eccl. lib. 5. c. 19. 20.

7. Origenes de baptiſmo infantum Apoſtolos allegat, à quibus in cap. 6. ad Rom. Eccleſias traditionem accepiſſe ait, ut baptizentur infantes.

Hiſt. Eccl. lib. 7.

8. Rectè ergo Eccleſiæ autoritas allegatur: Verum cogitandum, quæ ſit vera Eccleſia, quæ audienda, ac probatis teſtimonijs utendum: doctrina tamen judicanda ex verbo DEi, cujus ſumma ſit autoritas.

Gal. 1. v. 8. 9.

9. Eccleſiam veram voco cœtum verè credentium, qui habent Evangelium & ſacramenta, & ſanctificantur Spiritu ſancto.

Eph. 5 25. 26. oh. 10 27.

10. Quam licet ſemper durare neceſſe ſit, non tamen ſemper pariter floret, ſed ſæpe admodum eſt exigua, ac ſubinde miſsis veris doctoribus divinitus reſtituitur. Exemplo eſt Eccleſia tempore Noæ, Melchiſedech, Abrahæ, Achaz, Prophetarum, nati Chriſti &c.

Math. 28. 20. Regnum Chriſti eſt perpetuum.

11. Eſaias detrahit auguſtum titulum Eccleſiæ ſuis Principibus & Pontificibus, & inquit, exiguum ſemen reliquum eſſe in illo ipſo populo, qui vocabatur populus DEI. Quæ verba graviſsimè monent nos, ne de Eccleſia cogitemus tanquam de mundana politia, neq; eam ſucceſsione Epiſcoporum, aut gradu F.120.

Eſ. 1. Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen ſicut Sodoma & Go-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

morrha facti eſſe mus. & loco Pontificum metiamur, ſed apud eos eſſe ſtatuamus, qui retinent veram doctrinam Evangelij, in quo cœtu eſſe aliquos verè credentes neceſſe eſt. Ad hunc enim pertinent promiſsiones.

Amos. 3. ut ſi Paſtor duo crura leoni ex faucibus eripiat.

12. Futuras poſt Apoſtolos Eccleſiæ clades ſcriptura prædixit Math. 24. 2. Theſſ. 2. Luc. 18.

Eccleſia eſt cœtus non alligatus ad ordinariam ſucceſsionem ſed ad verbum Dei.

13. Abducatur ergo animus à carnalibus opinionibus, quæ fingunt Eccleſiam eſſe politiam Pontificum, & alligant eam ad ordinariã ſucceſsionem Epiſcoporum, ſicut imperia conſiſtunt in ordinaria ſucceſsione Principum. Ibi renaſcitur Eccleſia, ubi DEus reſtituit doctrinam, & dat Spiritum ſanctum.

14. Cum igitur nomen & autoritas Eccleſiæ nobis objicitur, primum conſideremus an fiat mentio veræ
F. 121. Eccleſiæ, an vero cœtus Pontificum & ſucceſsionis illius Politiæ, nec nos ſinamus à verbo DEI deterreri falſo prætextu nominis Eccleſiæ.

Paul. Eph. 4. Dedit dona &c. docet eam eſſe propriè Eccleſiam, in qua Chriſtus eſt efficax, & cui dat veros doctores.

15. Etſi vero hæc Eccleſia, quæ eſt exigua ac tantum ſanctorum, retinet veram doctrinam Evangelij ſeu articulos fidei: Hæc ipſa tamen vera Eccleſia doctrinam habet aliàs magis aliàs minus puram & perſpicuam: habet & multa infirma membra: habet articulos fidei ſed interdum obſcuratos aliquibus incommodis opinionibus & habentib. aliquid erroris.

Paulus vocat Eccleſiam ϛύλον κἠ ἑδραίωμα τ̃ ἀληθείας. 1. Tim. 3. 13.

16. Et quidem loquor adhuc non de illis, qui amiſſa luce verbi amittunt Spiritum ſanctum, & ſequuntur rationis judicium, præſtantq; doctrina, bonis moribus, ſpecie pietatis &c. qui cum videantur ſibi ſanctiſsima dicere, & admodum pia tradere, dicunt tamen aliena & impia: Sed de ſanctis & veris Eccleſiæ membris, quæ magna ex parte ſunt infirma.

17. Et hoc vult Paulus 1. Cor. 3. 11. Fundamentum intelli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

intelligit articulos fidei, hoc eſt, ſummam doctrinæ Chriſtianæ, & doctrinam de beneficijs Chriſti. Sed ad hanc, inquit addent alij utilem doctrinam & explicationem & veros cultus ſpirituales: Hæc vocat aurum. Alij addent χόρτον, καλάμην, id eſt, opiniones incommodas & aliquid erroris habentes: Sicut initio ſtatim conditæ ſunt ceremoniæ, quæ ſecum traxerunt falſas opiniones.

θεμέλιον ἄλλον &c.

18. Sic Ambroſius ſtipulam addit doctrinæ fidei aſſerens jejuniū Quadrageſimæ eſſe neceſsitatis. Baſilius monaſticen immodicis & falſis præconijs laudat. Cyprianus urget pœnas canonicas tunc uſitatas, & confirmat opiniones quaſi ſint neceſſariæ & propter eas remittantur peccata: interdum inquit abſolutionem ſine illis inutilem eſſe. Hi errores non ſunt leves, ſed admodum denſæ ſtipulæ obſcurantes puram doctrinam de beneficijs Chriſti & fide.

De ieiun. Quadrag. Exempla ſtipularum in patribus. F.122.

19. Quamvis interim ſæpe ſcriptores commodius ſenſerunt, quam loquuntur, & multas ſententias ac formulas ſeu ſermones incommodos à vulgo mutuantur, in quibus aliquid ineſt errorum, ut fieri ſolet omnibus ætatibus. Sicut Auguſtinus nomen ſatisfactionum ſumit à vulgo, etjamſi errores de ſatisfactionibus palam reprehendit.

Plerique fuerunt in docendo admodum negligentes & improprij.

20. Sic vocant cœnam Domini oblationem populi more, cum nec ſit inſtituta oblatio, nec fieret olim in ceremonia cœnæ oblatio corporis & ſanguinis, ſed ante conſecrationem offerebantur panes & aliæ res, & ſacerdos dicebat ſe offerre preces, gratiarum actionem & totum cultum, qui ibi fieri ſolet. Nec Dionyſius ritum Synaxis diligenter deſcribens, nec canon Baſilij ullam facit mentionem de oblatione corporis Dominici.

Poſtea nomen oblationis detortum eſt ad oblationem corporis, unde ſecuti ſunt ingentes abuſus.

Magna exempla etiam pios ſæpe fallunt. Sicut Antonij exemplum multis offudit caliginem

21. Interdum etjam vincuntur conſuetudine, judicijs, conſenſu & exemplis multitudinis non piæ, & temporis, ut trahantur in ſuperſtitiones aliqua humana imaginatione. Sic Synodus Nicæna, niſi unus Paphnutius obſtitiſſet, approbaſſet decretum, ut ſacerdotes abſtineant à ſuis uxoribus. Hinc Cyprianus probat prohibitionem conjugij. Tota Syn. Nic. approbavit canones pœnitentiæ, quæ poſtea pepererunt non tolerandos errores.

De lapſis. Origenes. Tertullianus damnans ſecundas nuptias. Gideon humano conſilio inſtituens cultum.

22. Hactenus de pijs, qui etjamſi ſunt ſancti, tamen plurimi ſunt infirmi. Interdum pij prorſus labuntur, & amittunt Spiritum ſanctum. Multi etjam verè lapſi in vita & doctrina verè reſipiſcunt. Sæpiſsimè enim fit, ut ſancti verè labantur, nec judicent juxta verbum & ſpiritualem lucem, ſed decipiantur imaginatione rationis, qui tamen deinde reſipiſcunt.

Concluſio ex his omnibus collecta.

23. Etſi igitur vera Eccleſia, quæ eſt exigua, retinet articulos fidei: Poteſt tamen habere errata obſcurantia articulos fidei. Præterea multi ita labuntur, ut approbent prorſus impios errores contra articulos fidei.

F. 123.

Tria conſideranda cum de Eccleſiæ autoritate quæritur.

24. Quocirca cum Eccleſiæ autoritas allegatur, primum quærendum, an fuerit veræ Eccleſiæ conſenſus congruens cum verbo DEI. Deinde dicendum eſt, ſcriptores qui extant ſæpe lapſos eſſe, & fortaſsis aliquos ne quidem membra Eccleſiæ eſſe: Tertiò addendum eſt, in illo cœtu, qui vocatur Eccleſia, ingentem eſſe multitudinem impiorum, quorum pleriq; antecedunt cæteros autoritate, ſpecie religionis, opinione doctrinæ &c. Hæc cùm dominatur in Eccleſia conſtituit nomine Eccleſiæ multa falſa & impia.

Pontifices Sacerdotes impij. Hinc applicatio miſſarum pro vivis & mor- b

25. Sæpe accidit in Eccleſia, ut impii excellentes inge-

ingenijs ſumant impetus conſtituendi religionem humanâ ſapientiâ, qui cum non moveantur verbo Dei, ſed ducantur rationis imaginatione, & quærant concinnas interpretationes, gignunt nova dogmata.

♀ 26. Alij quærunt merita, aut ſpecioſum regimen & ἐυταξίαν populi, & his cauſis moventur ad inſtituendos & cumulandos cultus, ut hoc tempore multi viri docti cupientes conſtituere Eccleſiam moventur humana ſapientia, & omiſſo verbo DEI volunt Eccleſiam juxta ſuas imaginationes conſtituere.

27. Horribilis eſt impietas diſcedere à verbo DEI, quærere DEum ſine verbo, cultus inſtituere humano arbitrio ſine mandato DEI, vera dogmata mutare, & opprimere puritatem verbi DEI.

28. Obijcienti igitur autoritatem Eccleſiæ (ut de miſſarum applicatione tot ſeculis probatâ) quod ea non errat, reſpondendum eſt: Eccleſia univerſa, quæ eſt multitudo dominantium in Eccleſia, poteſt errare: Et licet præter illam ſunt aliqui pij, qui retinent articulos fidei, tamen hi quoq; moti exemplis aſſentiuntur quibusdam erroribus, ita fit ut articulos fidei minus puros retineant.

29. Nec tamen planè repudianda autoritas Eccleſiæ, & concedenda licentia petulantiæ ingeniorum, quæ rejectis Eccleſiæ ſententijs excogitent novas & impias interpretationes ſcripturæ †; ſed videndum quatenus illa ſit requirenda.

30. Sicut enim Evangelium præcipit audiri Eccleſiam: ita ſemper dico eum cœtum penes quem fuit verbum Dei, & qui dicitur Eccleſia, audiendum eſſe, ſicut jubemus quoq; audiri noſtros paſtores.

31. Audiamus igitur docentem & admonentem Eccleſiam,

tuis, cultus votorum & ſanctorum, divulſio coniugij ſacerdotum.
ɦ Samos. Arius. Pelag.
♀ Monachi Gregorii Pontifices Principes, Pontifices & Sacerdotes Ier. aut Chriſti tempore.
Bern. commodius ſentiens quam cæteri, multis tamen erroribus aſſentitur, abuſui miſſarum, poteſtati Pontificiæ votis, cultui ſanctorum.
F.124.
Servetus.
† Illa licentia coërcenda, & adverſus tales opponenda autoritas Eccleſiæ.

Eccleſia non condit articulos fidei, tantum docet & admonet.

cleſiam, ſed non propter autoritatem Eccleſiæ, verum propter verbum DEI credendum eſt, cùm videlicet admoniti ab Eccleſia intelligimus hanc ſententiam verè & ſine ſophiſtica in verbo DEI traditam eſſe. Lege exemplum de perſona τ̃ λόγου Johan. 1.

De Trinitate Orig. Tertull. Iren. Greg Neoc. Alexan. doctrinam ab Apoſt. acceptam teſtantur.

32. Valet prima Eccleſia ut teſtis Apoſtolorum. Loquor de dogmatibus, quæ volebant eſſe firma & perpetua, non de humanis traditionibus ſeu ritibus, quos non volebant eſſe perpetuos aut immutabiles. Nec errabant Apoſtoli in doctrina.

F. 125. De Peccato originali. De lapſis recipien-

33. Sic igitur audiendi ſcriptores, ſicut nunc concionatores: ſed auditi judicentur ex verbo DEI, quod ſemper manet regula doctrinæ. Vide exempla Auguſtini & Petri Alexandrini Epiſcopi contra Meletium. Veræ ſententiæ non propter ipſos credimus, ſed quia videmus eam traditam eſſe in verbo DEI, & accedunt teſtimonia veteris Eccleſiæ.

Piæ Synodi audiendæ ut Eccleſia.

34. Sic audiendæ ſunt piæ Eccleſiæ Synodi, quæ cum de verbo DEI diſputant, docent & monent nos, ſed judicium accedat, & cum vera tradunt, credamus propter verbum DEI, non propter Synodos. Cætera, quæ ſunt extra ſcripturas, non ſic amplectenda ſunt.

Samſonis convivæ non poterant interpretari ænigma niſi interrogata eius coniuge: Quare inquit: Niſi araſſetis vitulam mea non inveniſſetis meam quæſtionem.

35. Circumſpiciendum ergo eſt, ubi ſit cœtus qui habet verbum DEI, & videndum, qui cœtus patrum ac Synodorum ſit purior, hoc eſt, minus habens opinionum extra verbum Dei. Hæc Eccleſia docet, monet, teſtatur. Sed videndum eſt, an ea, quæ proponit, habeant firma teſtimonia verbi DEI.

36. Ac profectò pios fateri decet Patres benè meritos eſſe de poſteritate, qui acerrimis contentionibus propugnaverunt & retinuerunt pia dogmata, quod beneficium non leve ducendum.

37. Au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

37. Auguſtinus non ſentit majorem eſſe Eccleſiæ autoritatem quam verbi divini, aut poſſe eam ſtatuere contra illud, abolere articulos in illo traditos, aut condere novos, ſed eam eſſe doctricem & teſtem, hanc doctrinam ab Apoſtolis traditam eſſe.

De dicto Aug. Evangelio non credetem, niſi me Eccleſiæ moveret autoritas.

38. Dogmata neceſſaria pietati neceſſe eſt initio extitiſſe in prædicatione Apoſtolorum, Ergo nova & prorſus ignota Eccleſiæ Apoſtolicæ ſunt rejicienda.

39. Ex exemplis aliquot Synodorum & Patrum apparet in illis contineri diſsimiles materias, ne ſine diſcrimine omnia omnium dicta, aut omnes veterum ritus pro neceſſarijs recipiantur, cum ritus ab hominibus excogitati partim ſint vitioſi, partim etjamſi ſunt probabiles, tamen non omnibus temporibus congruant.

Inepti quidam ita admirantur antiquitatem ut omnes veteres ritus humanos velint reſtitui.

40. Synodus Neocæſarienſis ridiculè vetat, ne ſacerdotes accedant ad convivia ſecundarum nuptiarum, ne eas videantur approbare.

F.126.

41. In Synodo Nicena graviſsimæ controverſiæ dogmatum dijudicatæ ſunt, & rectè damnati errores Samos. Arii, Catharorum (Novat) Quædam etjam politica ordinata de gubernatione Eccleſiarum, quæ etſi ſunt utilia, tamen non volebant haberi pro articulis fidei. Addita etjam quædam ceremonialia, videl. canones pœnitentiæ, qui initio minus duri erant, & fortaſſe minus habuerunt ſuperſtitionum. Sed poſtea crevit onus ipſum, crevit ſuperſtitio, & eſt obſcurata gratuita condonatio. Quare in hac Patres non ſatis cauti fuerunt.

Synod. Nicen. An. Dn. 324. convocavit Conſtantinus Imp. Præfuit Euſtach. Episc. Antiochenus.

42. Et quia eventus oſtendit talibus exemplis ſuperſtitiones creſcere, non ita miremur Synodum in

hac

hac re, ut velimus illos canones aut approbare aut reſtituere.

43. Nec propterea diſſentimus à veteri Eccleſia, retinemus articulos Synodi de dogmatibus quæ propriè ad Eccleſiam pertinent: Cætera quæ ſunt extra vel contra verbum DEI non pertinent ad Eccleſiam.

An. 383. Convocata à Theo. Præfuit Epiſc. Conſtant.

44. In Synodo Conſtantinopolitana controverſia gravis dijudicata eſt de Spiritu ſancto, quod ſit perſona procedens à Patre & Filio, & ſit Deus: Et rectè damnati ſunt Eunomius & alij, qui contrarium ſenſerant.

An. 433. Convocata á Theo. Iun. Præfuit Cyr. Alex. Neſtor. videtur vetus Samos. delirium in ſpeciem aliter propoſuiſſe.

45. Epheſina Neſtorium negantem in Chriſto unitum eſſe verbum humanæ naturæ ſubſtantiali unione, ſed tantum adeſſe verbum ac inhabitare in humana natura, ut ibi eſſet efficax, rectè damnavit. Verè enim & ſubſtantialiter unitæ ſunt duæ naturæ, nec verum eſt humanam naturam ſolam eſſe Chriſtum, ac domicilium eſſe verbi aſsiſtentis. Inde urſerunt pii has formas loquendi de unitate perſonæ DEum eſſe natum, paſſum &c.

An. 452. Convocata à Martiano Imp.

46. In Syn. Chalcedonenſi damnatus eſt Eutyches, qui negavit etjam duas naturas in Chriſto, ac contendit ipſam verbi naturam divinitus miſſam, editam eſſe per virginem, nec duas eſſe naturas unitas.

F. 127.

In hac Synodo primum facta eſt prohibitio nuptiarum Mon. & Virg. vot. Ex comm. contrahen

47. Cæterum quia jam creverant in Eccleſia humanæ traditiones, ideo aliquas addidit de ceremonijs & cultibus extra ſcripturas conſtitutiones vitioſas, quæ tamen adhuc ſunt verecundiores, quam aliæ poſtea natæ.

48. Multa politica utiliter tunc conſtituta, ne quis plura miniſteria teneret, ne quis ſine miniſterio ordinaretur, ut in ſingulis provincijs Epiſcopi quotannis con-

conveniant, & Synodos habeant de præſentibus Eccleſiæ controverſijs.

49. Hæc utilia decreta Synodorum adverſarij diſſimulant, ac interim alia leviora proferunt, ut videantur nobis opponere Eccleſiæ veteris autoritatem.

† Aliæ Synodi ſeu provinciales ſeu frequentiores, in quibus convenerunt vicinarum provinciarum Epiſcopi.

†50. Synodus Antiochena ante Nicænam damnavit Samoſateni impietatem. Gangrenſis in Gal. vetus & pura habet optima decreta contra ſuperſtitiones de conjugio, de cibis, de monachatu, propter Montanum, Marcionem & ſimiles ſuperſtitionum autores, ut apparet.

Ant. I. A. C. 278.

51. Anchirana conſtituit: Si diaconi in ordinatione non promiſerint ſe victuros cælibes, retinendi ſunt in miniſterijs etjamſi poſtea ducunt uxores, ſed ſi promiſerint, removendi. Habet & canones de annis pœnitentiæ periculoſos & ſuperſtitioſos.

Cir. A.C. 308.

52. Laodicena rectè damnat Novatianos, ſed errat taxans digamos etjam laicos, jubens eos prius puniri quam admittantur ad communionem. Polit. prohibet nuptias cum hæreticis.

Nõ longo intervallo ſecuta Nicænam. Cir. A.C. 364.

53. Toletana prima piè recenſet articulos de divinitate & naturis Chriſti & alios quoſdam. Attexit deinde alia de chriſmate, votis, de diaconis non evehendis ad munus presbyteri niſi abſtineant à legitimis uxoribus: excommunicat parentes qui filias votis obligatas, ſi nubant, parentum affectu complectantur: ipſas nuptas non admittit ad communionem niſi diſcedentes à maritis.

Sub Honorio Imper.

54. Carthaginenſis quinta prohibet ſacerdotibus conjugium. Ita paulatim cumulatur prohibitio. Et hæ conſtitutiones de cælibatu ſubinde in omnibus Synodis repetuntur, & adduntur acerbiores pœnæ.

Anno 438.

55. Alia

F.128.

Artificia Rom. Pontif. quibus viam ſibi ad primatum ſtruxerunt. Oſiand. Epit. Hiſt. Eccle. Cent. 5. l. 1. c. 37. 38.

55. Alia Synodus Carthaginenſis egit de provocatione Epiſcoporum. Poſtulabat Romanus Pontifex ut concederetur provocatio ſeu appellatio ubicunq; aliquis ad Romanum provocaſſet, idq; ut obtineret commiſit falſum, citavit commentitium decretum, quod affirmabat in eam ſententiam editum eſſe in Nicæna Synodo: poſtea actis Nicæni Concilij ex oriente allatis deprehenſa eſt vanitas, & repudiata petitio Romani Pontificis.

56. Carthaginenſis alia ritus pœnitentiæ (illa ætas nondum habuit privatas miſſas, ſed tamen paulatim creverat ſuperſtitio) precationem & oblationem pro mortuis ſtabilit his verbis: Pœnitentes qui diligenter ſervarunt canones pœnitentiæ ſi caſu moriantur ante communionem, commendetur eorum memoria precationibus & oblationibus.

57. Tractavit cauſam graviſsimam Synodus Milevitana, & rectè defendit piam doctrinam de peccato originali, de gratia & juſtificatione. Inter politica, quæ habet, vetat provocationem ad transmarinos Epiſcopos. De divortio durius ſancit ne perſona innocens rurſus contrahat matrimonium. Confirmat ſuperſtitionem de votis. Quanquam igitur de doctrina tolerabiliter pronunciavit, tamen poſtea accedunt aliquæ ſtipulæ & ſuperſtitioſæ conſtitutiones.

58. Quare non omnia Synodorum decreta ſine delectu probanda ſunt, & tamē fatendum eſt pias Synodos benè meritas eſſe, quia aliquos doctrinæ Chriſtianæ articulos conſervaverunt, & de his prodeſt tenere Synodorum & antiquitatis teſtimonium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS DECIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

Chriſtianus Paulinus vocatus ad
Paſtoratum Schazenſem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LIBELLO MELAN-
THONIANO DE ECCLESIA
Agon alter.

Op. De Eccleſiaſticis ſcriptoribus vetuſtis.

Phil. 1. Ut Synodi, de quibus proximè, ita & ſcriptores
Tom. 2. benè ſunt meriti, præſertim quatenus ſunt teſtes vete-
F. 128. ris & primæ Eccleſiæ Apoſtolorum, ſuo teſtimonio
nos de articulis doctrinæ confirmantes.

1. 2. Cæterum alij in alijs materijs fuerunt diligentio-
2. res, &, ut eſt humanum, ſæpe inconſideratè effun-
dunt abſurdas & falſas ſententias, quas admoniti
haud dubiè fuerant correcturi. Sæpe cum non malè
3. ſentirent, tamen non ſatis perſpicuè dicere potue-
F. 129. runt, quod volebant. Sæpe propter temporum con-
4. ſuetudinem præſentes traditiones durius defende-
runt.

3. Quare non ſunt ſine delectu omnia Patrum ſcri-
pta probanda, & ſæpe ipſi inter ſeſe pugnant, nec ra-
rum eſt diſſentire aliquem à ſeipſo. Quare judicium
Exempla. eſſe debet penes Apoſtolicam ſcripturam.

Cir. A.C. 220. 4. Origenes citans Apoſtolorum & veterum Ec-
Ante hunc mundum fuiſſe plures mundos. cleſiarum exempla & ſententias teſtis utilis eſt poſte-
ritati de aliquot articulis. Cæterum miſcuit multas
falſas & abſurdas ſententias. In Rom. propoſitionem
Fide juſtificamur intelligit κατὰ συνεκδοχὴν virtutum.
Diabolorum et damnatorum pœnas ceſſaturas. Admittit excluſivam, ſed declarans videtur ad ini-
tium reſtringere. Cap. 7. Sanctos repræſentare alie-
nam perſonam cum ſibi tribuunt peccatum. Lex ſpi-
ritualis eſt, intelligit de allegoria &c.

F. 130. 5. Sicut autem in genere eruditis & judicium adhi-
bentibus prodeſt veterum ſcripta legere propter hi-
ſtorica

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſtorica teſtimonia, & quia illorum collatio acuit & excercet ſtudioſos: ita proderit & Origenis lectio iis, qui antea rectè inſtituti ſunt, & ſummam Chriſtianæ doctrinæ tenent.

6. Dionifii unus eſt libellus de Eccleſiaſtica Hierarchia, qui propter hiſtoriam eſt utilis, in quo traduntur ceremoniæ Sacramentorũ & ritus Eccleſiæ, quos tum mediocres adhuc fuiſſe apparet. Nullæ miſſæ privatæ, nulla oblatio. Vide ceremonias funerum. Sunt tamen ibi initia monachatus, non diſcernit inter Sacramenta divinitus inſtituta & humanas traditiones. Ergo valeant ejus teſtimonia, quod ad hiſtoriam attinet, ut ſciamus qui ritus tunc fuerint uſitati, non fiant dogmata aut leges ex ejus deſcriptionibus.

F. 131.
Vide veterem formam miſſæ, à quibus longè receſſerunt pontificij.

7. Tertullianus continet utilia teſtimonia de Trinitate, de verbo h. e. filio Dei. Errat de ſecundis nuptijs, de regno ſanctorum duraturo mille annos, de conſuetudine rituum pro lege habenda, de baptizatorum moribus &c.

Cir. An. C. 200.
Rectè confutavit Marcionem & complices.

8. Cyprianus habet veras ſententias de Trinitate, baptiſmo parvulorum, uſu cœnæ Domini, forma electionis Epiſcoporum &c. Sentit baptizatos ab hæreticis rebaptizandos, effundit inter declamandum interdum abſurdas ſententias cum exaggerat immoderatis hyperbolis cauſam quam inſtituit, de pœnis canonicis admodum duriter ſcribit, non valere abſolutionem niſi illis perſolutis, peccata ante baptiſmum commiſſa remitti propter Chriſti paſſionem, ſed poſt baptiſmum quærendam eſſe remiſsionem per Eleemoſynas &c.

Cir. An. C. 240.
F. 132.
Errata.
Admonitus haud dubiè correxiſſet.

9. De cœna utitur verbis oblationis & ſacrificij,

Vox oblationis pertinebat, ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

orationes, gratiarum actionem, panem, vinum &c.
F. 133.

ſicut cæteri. Sic enim populus loquebatur, qui interdum recipit impropriam vocem. Et magna vis eſt conſuetudinis, quam ſequentes ſæpe impropriè loquuntur. Nihil tamen hæc ad miſſæ prophanationem defendendam. Poſtea acceſſerunt tempore malæ opiniones, & partim verba priora mutata ſunt, partim retentâ formâ veterum verborum, aliud intellexit poſteritas, quam priores intellexerant.

Cir. A.C. 360. Vide egregiam ſententiam ex concione de humilitate.

10. In Baſilio extant utilia teſtimonia de Trinitate, pœnitentia contra Novatum, juſticia fidei gratuita: Quod autem primum inſtituit cœtus monachorum, id exemplum nocuit, & aliquid habuit vitij, etjamſi ipſe primum non habuit craſſas ſuperſtitiones, & illi cœtus adhuc quædam imago erant ſcholarum. Libri continentes regulas monachorum aliqui haud dubiè ſunt ſuppoſititij.

Eod. temp
F. 134.
Errores temporum, trahunt homines, ut uſitata minus improbent & boni conſulant.

11. Gregorius Nazianzenus tractavit imprimis articulum de Trinitate. Sanctorum invocatio hoc tempore paulatim in Eccleſiam irrepſit.

12. Epiphanius continet refutationes veterum hæreſium præcipuè de Trinitate, & paucis alijs materijs, qui quidem hiſtoricus præcipuè legendus eſt.

A.C. 380.
In tractat. de pœnit.
Explicatio ejus ſimplicior & purior eſt Origenica: Et ipſa tamen ob-

13. Chryſoſtomi ætas multos jam vitioſos mores receperat, quos ipſe recenſens non reprehendit, laudat adeuntes monumenta ſanctorum, facit mentionem orationis pro mortuis, monaſticam inmodicis & falſis laudib. ornat, multos modos conſequendæ remisſionis pecctaorum colligit, ſcil. Eleemoſynas lacrymas & alia opera non nominata fide. Ad Rom. tamen ſæpe repetit, fide accipi remiſsionem propter Chriſtum, non propter opera, fide non ſolum diligi Deum ſed viciſsim credentes ſentire quod à Deo diligantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

gantur, quanquam multis modis rei ſint, fidem intel-ligens non tantum de noticia hiſtoriæ, ſed de fiduciâ qua credimus nobis remitti peccata. Et quanquam tunc in Eccleſia caligo fuit, tamen apparet retinuiſſe pleroſq; hanc communem ſententiam, quod fide propter Chriſtum, non propter opera donetur remiſsio peccatorum. Ideo etſi interdum minus commodè loquuntur veteres, tamen in alijs locis, quid re ipſa voluerint, animadverti poteſt.

ſcura, ſec ubiq; ... cum conſentiens.

F.135.

14. Ambroſium de gratia & juſtificatione ſenſiſſe, quod nos docemus, perſpicuum eſt ex ejus longioribus diſputationibus, quanquam interdum diſsimiles ſententiæ reperiuntur. Suppoſititia videntur quæ ſub ejus titulo extant de miſſa & alijs quibusdã inanibus.

Eod.temp. Vide Epiſtolam ad Iren. de dicto: Lex iram efficit. Ep. 71.

15. Hieronymus in verſionibus utilem operam Eccleſiæ navavit, de dogmatibus pauca ſcripſit. Valde confirmat falſas & ſuperſtitioſas opiniones de traditionibus humanis, conjugium contumelioſa oratione inſectatur, colligit Ethnico more vulgaria convicia ſexus muliebris & conjugij, de diſcrimine ciborum laudat ritus ſine verbo Dei inſtitutos, tanquam cultus Dei, imo tanquam perfectionem. Renovationem fieri auxilio Spiritus ſancti, ſanctos non eſſe ſine peccato rectè ſtatuit.

Eod. Adverſus Iovinianum.

F.136.

In dialogo contra Pelagium.

16. Auguſtinus multas neceſſarias controverſias tractavit, refutavit Arianos, Manichæos, Donatiſtas, & Pelagium, qui cum Evangelium transformaret in Philoſophiam (qualis propemodum Scholaſticorum doctorum ſententia eſt, niſi quod hi aliquid aſſuunt ſuperſtitionum monaſticarum) Auguſtinus ſua ætate doctrinam Evangelij de gratia & fide in Chriſtum penè extinctam rurſus accendit, de pecca-

Cir. An. C. 390.

Pelag. docebat nihil eſſe peccatum originis, homines legi Dei ſatisfacere poſſe, Nihil de fide in Chriſtum, nihil de auxilio Spiritus ſancti dicebat.

to originis, libero arbitrio diſtinctius & rectius loqui-
137. tur, quam cæteri: tradit utile diſcrimen literæ & ſpiritus, docet de gratuita remiſsione ſine operibus legis non tantum ceremonialibus ſed etjam moralibus.

17. Ut omnes homines poſt lapſum Adæ ſunt oppreſsi peccato, ira Dei, morte, ingentibus vitæ ærumnis, æternis pœnis, ita ſunt omnes onerati lege, quæ peccatum arguit, nos accuſat, & æternis terroribus occidit: Ergo liberari à lege eſt ab illa accuſatione liberari, ne ſimus rei iræ Dei & æternæ mortis, eſt non tantum à ritibus aut externis ſpectaculis liberari: ſed multo potius à lege perterrefaciente, maledicente, damnante & interficiente nos eripi, cum videlicet alia res proponitur, propter quam juſti pronunciamur, ſcilicet, filius Dei factus pro nobis victima.

Si liberatio tantum ad ceremonialia pertinet, non profuit patribus ante Moſen.

F. 138. Eſtq; hæc liberatio communis electis etjam ante Moſen cum omnibus alijs.

18. In certaminibus lectores conſiderent genera doctrinæ, utri ſimpliciter & ſine ſophiſtica ſententiam ſcripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ proponant: & cum Patres citantur, attendatur, quæ dicta Patrum ſint conſentanea divinæ voci: ſpectetur etjam voluntas utriuſq; partis, & ſumma conſilij; ubi enim extant notæ impiæ voluntatis in quibusdam manifeſtis articulis, ſatis apparet autores non agitari bono Spiritu, ſed eſſe hoſtes Chriſti, & nec in cæteris articulis quærere veritatem.

Adverſarij non adferunt bonam conſcientiam & ſtudium quærendæ veritatis, ſed odium noſtri, contemptum Evangelii, & curam tuendæ ſuæ autoritatis.

19. Auguſtinus vocem fidei Rom. 4. rectiſsimè intelligit non tantum de noticia, ſed fiducia qua confidimus nobis remitti peccata propter Chriſtum. Nec
F. 139. verò quiſquam poteſt aſſequi Pauli ſententiam, niſi ſic intelligat nomen fidei.

20. Le-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

20. Legem & Evangelium diſertè diſcernit inquiens: Ex lege timemus DEum, per fidem autem confugimus ad miſericordiam. De Spir. & lit.

21. Etſi autem interdum in Aug. ſcriptis figuræ orationis occurrunt non ſatis explicatæ aut incommodæ, hæ temporibus condonandæ ſunt, quia vulgi conſuetudo quasdam figuras receperat, ut appellationem meriti & alias quaſdam, quas explodere docti non poterant: deinde nec ipſi ſcriptores ſatis aſſuefacti fuerunt ad accuratas diſputationes, fuitq; magna tunc in Eccleſia caligo. De incommodioribus dictis Auguſtini. Vide de Pelagio.

22. De Ceremonijs ſi quis ætatem Aug. nobis opponit, ſciat ne ipſi quidem Aug. placuiſſe omnes ritus & perſuaſiones ſui temporis. Queritur enim multas ſuperſtitioſas opiniones hærere in Eccleſia, anteferri humanas traditiones præceptis DEI, & ſic cumulatas eſſe ceremonias, ut Judæorum ſervitus tolerabilior fuerit quam Eccleſiæ. Neq; ita probat ceremonias ſui temporis, ut Eccleſiam ad eam normam conſtitui velit. Multa enim recepta erant, quæ ne ipſe quidem probat, imo reprehendi & corripi vult, quædam more illius temporis obſervat, ut omnes præſentibus moribus multa condonamus. F.140. Vide Epiſt. Aug. ad Ianuar. Ep.119.

23. Hujus ætate percrebeſcere ſermones de purgatorio cæperunt, quæ ipſe nec refutat nec confirmat, tantum narrat, inquiens, quoſdam ſic exiſtimare purgari animas piorum poſtquam diſceſſerunt à corporibus. Vide ex lib. 9. Confeſs.

24. Votis plus tribuit quam conveniebat, pronunciat tamen conjugia poſt votum contracta non eſſe diſſolvenda. Jam mos receptus erat faciendi vota, & magna erat admiratio multorum in eo vitæ genere In decretis 27. q.1. c. nuptiarum.

nere degentium. Admiratio autem judicio officit. Non igitur diſputabat an valerent vota, cum quidem multi eſſent errores impliciti illis, habebantur pro cultibus, pro ſingulari merito juſticiæ, pro perfectione, item pleriſq; erant impoſsibilia. Hæc ſi prius refutaſſet, melius prohibere diſtractionem conjugiorum potuiſſet.

F.141. 25. Tempore Gregorij pontificis multis barbaris gentibus in Italiam influentibus, multaſq; ſuperſtitioſas opiniones ſecum invehentibus aut facile recipientibus, ſtudijs etjam literarum conticeſcentibus, & Eccleſiarum curâ neglectâ, brevi tempore valde cumulati ſunt abuſus, & hæſerunt hi errores in Eccleſia, falſa perſuaſio de monachatu, de operibus ſine mandato Dei excogitatis, invocatio ſanctorum & oblatio corporis Chriſti pro mortuis.

An. C. 590. poſt mortem Aug. 175.

F.142. 26. Conjugium ſacerdotibus prohibuit, qui infantes in monaſterijs educati fuerant juſſu parentum, & poſtea facti puberes aliud vitæ genus expetebant, tales dicit nefas eſſe deſerere vitam monaſticam. Movetur ſpectris, ut comprobet oblationem ſacramenti pro mortuis, cum tamen etjamſi eſſet purgatorium, impium nihilominus ſit offerre ſacramentũ pro mortuis. 1. impietas eſt conſtituere cultum in Eccleſia ſine mandato Dei. 2. Nemini fit peccatorum remiſsio, niſi fide propriâ vivus eam accipiat. 3. Tantum ijs prodeſt ſacramenti uſus, qui utentes eo recordantur mortem & beneficia Chriſti. 4. Juſtificati Spiritu donec hoc corpus circumferunt, in quo hærent reliquiæ peccati variè affliguntur, ut in invocatione creſcant fides, agnitio Dei, & novitas ſpiritualis: Sed mortuo corpore peccati reliquiæ abolentur, ibi non eſt pavor,

Vide rationes. F.143.

Rom. 8.

vor, non pœna, non ſenſus iræ Dei. 5. Poſt mortem non eſt locus pœnitentiæ. 6. Doctrina ſatisfactionum falſa eſt & impia.

27. Canon Miſſæ latinus diſſentit ab utroq; Græ- F. 144.
co, & canones Græci differunt in locis inſignibus. Veritas

28. Sequentium ſeculorum ſcriptores non adjicio, rerum er-
quia doctrina magis degeneravit poſtea, & acceſsit roribus
Pontificum tyrannis, Epiſcoporum rabies, cupidita- geſtarum
tes & inſcitia, de quibus variæ extant querelæ ſcrip- non vicia-
torum veterum, quæ ſi nihil aliud tamen hoc monent, tur.
Eccleſiam nequaquam ad exemplum & ideam eius temporis conſtituendam aut emendandam eſſe.

29. Triſtis eſt querela Baſilii de Epiſcopis ſui tem- F. 145.
poris: ἀνατέτραπται τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα, συγκέχυν- Ad Epi-
ται δὲ εὐσεβείας θεσμοί: φιλαρχίαι δὲ τῶν μὴ φοβουμένων ſcopos Ita-
τὸν κύριον ταῖς προστασίαις ἐπιπηδῶσι, καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς licos &
λοιπὸν ἆθλον δυσσεβείας ἡ προεδρία πρόκειται, ὥστε ὁ τὰ χα- Gallicos.
λεπώτερα βλασφημήσας εἰς ἐπίσκοπον λαοῦ προτιμότερος, Horum
οἴχεται σεμνότης ἱερατικὴ, ἐπιλελοίπασιν οἱ ποιμαίνοντες μετ' vitiis re-
ἐπιστήμης τὸ ποιμνίον τοῦ κυρίου. centior æ-
tas addi-
dit impe-
ria & ty-
rannides.

30. Hæc de veterum ſcriptorum erratis, etſi multa
prætermiſſa abſurdè dicta, non eo collecta ſunt, ut
de veris eorum laudibus aliquid detraheretur. Credi- Conceden-
bile eſt pleroſq; fuiſſe pios & præſtantes viros, qui- dum eſt
dam etjam optimè meriti ſunt: Sed ne ipſi quidem Eccleſiæ,
voluerunt ſua dicta anteferri doctrinæ Chriſti. ut de do-
ctrina con-
ſulat ver-
bum Dei.

31. Quia itaq; conſtat nos doctrinam Catholicæ Math. 17.
Eccleſiæ Chriſti traditam in ſcripturis Propheticis & Pſal. 119.
Apoſtolicis & in Symbolis fideliter retinere ac tue- F. 146.
ri, manifeſtum eſt nos verè cum Eccleſia Catholica Ambroſ.
Chriſti ſentire, & ſentiunt idem præcipui ſcriptores Auguſt.
ſi commodè intelligantur, & pauca quædam eis

con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

condonentur, quæ tunc non venerunt in controverſiam.

32. Multa ex veteribus excerpi poſſunt pugnantia cum noſtris ſententijs. Sed excerpit pro ſuo affectu quiſq; quod videtur commodum. Abſint autem à judicijs Eccleſiaſticis Sycophantiæ. Non provocamus ad omnes ſcriptores, ſed ad meliores, Ambros. Auguſt. & quatenus alij cum his conſentiunt, qui cum ipſi interdum pugnantia dixerint, quid mirum ſi quædam reprehendantur, modo ut manifeſtam & certam ſcripturæ divinæ ſententiam ſequamur, nec diſcedamus à Symbolis, & teneamus quod ipſi ſpectarunt ac voluerunt, interdum autem explicare non potuerunt.

33. Nihil dubium eſt hoc doctrinæ genus, quod profitemur verè eſſe ipſum conſenſum Catholicæ Eccleſiæ Chriſti, ut oſtendunt Symbola, ſaniores ſynodi, & eruditiores patres.

F.147. Chriſtianum pectus antefert mandatum Dei, & excelſo animo excipit omnes difficultates, easq; intelligit regi à Chriſto, cui omnia ſubiecta ſunt.

34. In republica communi tranquillitati ea onera condonanda ſunt quæ ſine impietate tolerari poſſunt: ſed hæc philoſophia non transferatur ad obruendam gloriam Dei. Doctrinæ errores & Idololatria nequaquam diſsimulari debent.

35. Neceſſe eſt exiſtere certamina de cultu Dei, quia Diabolus ardet horribili odio Dei, & quantum poteſt delere verbum Dei conatur, & adverſus Deum homines impios incitat, ac ſecum trahit florentiſsima imperia, cum his hoſtibus belligeratur Chriſtus.

36. Illa eſt virtus digna magnis & præſtantibus viris præcipuè ad laudem Dei conferre induſtriam & autoritatem: hic ſcopus propoſitus eſſe debet omnibus, ut ſuo quiſq; loco, quantum poteſt, conferat

F.148.

aliquid

aliquid operæ ad conſervationem cœleſtis doctrinæ.

37. Cultus non inſtitutus expreſſo Dei verbo per ſeſe vitioſus eſt, etjamſi affingas quamcunq; voles gloſſam.

38. Mos invocationis ſanctorum etjamſi diverſum cogites, tribuit ſanctis honorem Deo proprium, quod omnes audiant.

39. Neceſſe eſt pios vigilantes eſſe, quia diabolus F. 149.
oppugnat Evangelium, non tantum palam incitans Tyrannos ad ſævitiam, ſed etjam callidè inſidias ſtruens prætextu ſapientiæ, & offundens bellas perſuaſiones, de quibus cavendis toties præcipit Spiritus ſanctus. An non habet ſapientiæ ſpeciem impietas Samoſateni? Annon eſt plauſibilis error Pelagii prophanis ingeniis?

40. Chriſtus non ſinet obrui lucem Evangelii, ſicut ſcriptum eſt: Quod eſt ex Deo non abolebitur. Act. 5.

41. Chriſtus negat blaſphemos ſanari, qui contra
conſcientiam oppugnant veritatem, defendunt manifeſtam εἰδωλομανίαν, & piorum cruore ſe reſperſerunt. Furor blaſphemias & parricidia haud dubiè comitatur. Et Deus minatur cæcitatem blaſphemis. F. 150.

42. Aliquoties jam experti ſumus pleroſq; qui ſimularunt moderationem, tamen reipſa nihil egiſſe, niſi ut nos irretitos opprimerent, ac totum doctrinæ genus delerent.

43. Piæ mentis eſt & cogitantis de ſua ſalute, & de gloria Chriſti, quærere, quæ ſit vera Eccleſia, ut huic ſe adjungat, ut hujus cœtus & gregis Chriſti pars ſit, ſicut inquit Chriſtus: Qui non eſt mecum contra me eſt. Deinde ſciat Eccleſiam nequaquam eſſe Tyrannos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nos & perſecutores Chriſti, & eos, qui ſævitiam vel adjuvant vel comprobant.

44. Cum Paulus ait: Si quis aliud Evangelium docuerit anathema ſit, non exiſtimemus, uſum eſſe levi aut vulgari maledicto. Nominans enim anathema ſignificat Deum ex Eccleſia ejeciſſe hoſtes veræ doctrinæ, eosq; fugiendos eſſe tanquam diras peſtes, quas Deus execratur: pollui ſe horum ſocietate & conſuetudine boni ſciant, & daturos graves pœnas amicitiæ & conjunctionis cum illis. Maledictionis divinæ contagium nocet cæteris, qui ſunt conjuncti cum illis, qui & veritatem oppugnant, & exercent ſæuitiam in pios.

45. Cogitandum igitur cuiq;, ut ſententiâ animo & voluntate quiſq; ſe ab illis ſejungat, fugiat eorum εἰδωλομανίαν, non audiat convicia contra veram doctrinam, non adjuvet, non approbet illorum conſilia, non confirmet eorum potentiam.

46. Vera Eccleſia quæratur, in hac ſciamus exaudiri preces, in hac ſciamus eſſe Chriſti membra, ad hanc ſciamus pertinere promiſsiones Evangelij, non
Pſal. 16. ad hoſtes Evangelij, ſicut nec ad Iudæos, nec ad Mahometiſtas.

47. Nec cogitemus tantum Platonicam civitatem eſſe Eccleſiam. Hic cœtus eſt vera Eccleſia, in qua lucet pura Evangelij doctrina, in qua rectè adminiſtrantur ſacramenta divinitus tradita. Lege reliqua.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON SPECIALIS UNDECIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Andreas Horn Hatzkenrodenſis Sacellanus Tonningenſis vocatus ibidem
ad Paſtoratum.

M D C V.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX EPISTOLIS, UT INſcriptio habet, τοῦ ἐν ἁγίοις ἱερομάρτυρος Ignatii (ὁ καὶ θεοφόρος) ἀρχιεπισκόπου τῆς θεουπόλεως Ἀντιοχείας Sylloge ὁμιλιτική.

Margo habet Loc. Cat. Chyt. ad quos ſingula referenda.

Epiſt 1. ad Mar. Caſſobol. Argum.

In Epiſt. 1. πρὸς Μαρίαν κασσοβολίτην prædicat ejus in ſcribendo ſtudium, quo ſe accenſum oſtendit, ut magis magisq; illius pietate frui deſideret: exponit ei ſuas miſerias & quibus conſolationibus ſe erigat: ſignificat ſe ejus poſtulatis ſatisfeciſſe, & quid jam optet, quibusq; impediatur: hortatur ut fugiat τοὺς ἀρνουμένους τὸ πάθος χριστοῦ καὶ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, & multos eſſe dicit ταύτην νοσοῦντας τὴν ἀῤῥωστίαν.

Sentent.

Mutuus conſpectus & converſatio. Literæ.

1. κρεῖττον γράμματος ὄψις, ὅσωπερ μέρος οὖσα τοῦ χοροῦ τῶν αἰσθήσεων, οὐ μόνον οἷς μεταδίδοσι τὰ φιλικὰ τιμᾷ τὸν λαμβάνοντα: ἀλλὰ καὶ οἷς ἀντιδέχεται τὸν ἐπὶ τοῖς κρείττοσι πόθον πλουτεῖ. Πλὴν δεύτερος, φασὶν, λιμὴν ὁ τῶν γραμμάτων τρόπος, ex quibus cognoſcitur τὸ ἐν φίλοις καλόν. Collatio viſus ſeu præſentiæ & literarum.

Loc. 2.

2. Τῶν ἀγαθῶν ψυχαὶ ταῖς καθαρωτάταις ἐοίκασι πηγαῖς. ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς παριόντας, κἂν μὴ διψῶσι, τῷ εἴδει ἐφέλκονται αὐτοὺς ἀρύσασθαι τοῦ ποτοῦ. Sic quoq; bonorum συνέσις παρεγγυᾷ μετασχεῖν ἡμᾶς παρακελευομένη τῶν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῶν βλυζόντων θείων ναμάτων. Bonorum animi & conſuetudo.

Loc. 9.

3. Ἐγὼ οὐκ ἐμαυτοῦ τοσοῦτον ὅσον ἄλλων γενόμενος.. ταῖς πολλῶν τῶν ἐναντίων γνώμαις ἐλαύνομαι, τὰ μὲν φυγαῖς, τὰ δὲ φρουραῖς, τὰ δὲ δεσμοῖς. Sors Chriſtum profitentium.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

4.Ep.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

4. Ἐν τοῖς ἀδικήμασι perſecutorum μᾶλλον μαθητεύουσι pii, ἵνα Ἰησοῦ χριστοῦ ἐπιτύχωσι. Fructus afflictionum. Prol. & Loc. 9.

5. Teſtimonia de aliis ferenda ſunt οὐ χάριτι σαρκικῇ, ἀλλὰ κρίσει τοῦ θεοῦ. Loc. 3.

6. Ἀντίψυχός σου γενοίμην ἐγώ, ὅτι φιλεῖς Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος: διὸ καὶ αὐτὸς ἐρεῖ σοι, ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ: οἱ δὲ ἐμὲ ζητοῦντες εὑρήσουσιν εἰρήνην. Fides & dilectio Chriſti. Loc. 3. & 5.

7. ὁ παρὼν πόνος ὀλίγος: ὁ δὲ προσδοκώμενος μισθὸς πολύς. Præmia bonorum operum & crucis. Loc. 6. & 9.

8. Omnes pii ἀντέχονται τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐν χριστῷ. Loc. 1. & 5.

Secunda πρὸς Τραλλησίους παραινετικὴ eſt: commendat ſcriptor fidem & pietatem Eccleſiæ Trallianæ: jubet debitam obœdientiam præfectis Eccleſiæ Doctoribus & miniſtris præſtari: ſe ſuaq; extenuat: exhortatur ad ὁμόνοιαν fidei & animorum: hæreticos vitari vult, tum in genere omnes, indicatis illorum impoſtura & erroribus, & oppoſita conſtanti veritatis asſertione, & gravisſimâ martyrii ſui allegatione: tum in ſpecie Simonem, Menandrum, Baſilidem, Ebionitas, Nicolaitas, Cleobolum & Theodotum Nicolai nepotes. Excitat porro ad vitæ ſanctitatem, repetitione & ſalutationibus concludens. Epiſt. 2. ad Trallianos. Argum.

1. Ἰησοῦς χριστὸς ἡ ἐλπὶς ἡμῶν ἐν πάθει τῷ διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου καὶ ἀναστάσει. Fundamentum ſpei Chriſtus paſſus & reſuſcitatus. Loc. 1. & 5.

2. Chriſtianorum eſt habere ἄμωμον διάνοιαν καὶ ἀνυπόκριτον ἐν ὑπομονῇ οὐ κατὰ χρῆσιν ἀλλὰ κατὰ κτῆσιν. Loc. 3. 6. 9.

3. Φαίνεσθέ μοι οὐ κατ' ἄνθρωπον ζῶντες, ἀλλὰ κατὰ Ἰησοῦν Loc. 1. 6.
χριστὸν τὸν δι' ἡμᾶς ἀποθανόντα, ἵνα πιστεύοντες εἰς τὸν θάνα- Loc. 5.
τον αὐτοῦ, διὰ τοῦ βαπτίσματος, κοινωνοὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ Loc. 7.
γένησθε.

Loc. 3. 4. Τὸ τοῦ Ἐπισκόπου κατάστημα μεγάλη μαθητεία : ἡ δὲ
& 9. πρᾳότης αὐτοῦ δύναμις ἣν λογίζομαι καὶ τοὺς ἀθέους ἐντρέ-
πεσθαι. Epiſcopi virtus quanti momenti.

Loc. 3. 5. καλὸν τὸ ἐν κυρίῳ καυχᾶσθαι.

Loc. 3. 6. Οἱ με ἐπαινοῦντες μαστιγοῦσιν.

Loc. 2.3. 7. Ἐν πρᾳότητι καταλύεται ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου ὁ
